¶ Tercio mundiciā cordis facit fornax tribulatiōis Nā sicut fornax reddit aurū purū: sic tribulatio facit cordis mundiciā. Vñ dr̄ hie.xii. Probasti cor meum tecū. Sed sunt quidā qui ab igne tribulatiōis nō mūdantur sed vrūtur. tales nō sunt aurum: sed scoria. nō granū: sed palea. nō oleum: sed amurca. Unde multū pñt formidare de illo Vbo euāgelii math.iii. Paleas aūt cōburet igne inextinguibili. Sicut eni videmꝰ ꝙ ꝯfricatio pāni asperi facit ⁊ ꝯseruat mundiciam ciphi sic tribulatio ⁊ carnis maceratio facit mūdiciā animi Exēplū de iohāne baptista qui habebat vestimētum de pilis camelorū Mathei.iii. Sciebat eni ꝙ aspera faciebant cor mundum.

¶ Itē nota ꝙ cor efficit̄ mūdū ab oī pctō specialiter ⁊ ṗcipue triplici baptismo. s. fluminis/flāminis/⁊ sanguinis. Baptismo flumīs mūdant̄ īfantes. baptismo flaminis mūdant̄ penitētes. baptismo sanguinis mūdātur martyres qñ. s. sacramentū volūt ⁊ non pñt hr̄e Et iste triplex modꝰ mūdandi figurat̄ ꝑ illa tria quibus fiebat mūdicia in veteri lege. Fiat enim per tria scꝫ per aquā expiationis. vt dr̄ Exodi. xxix. ꝑ effusionē sanguinis. vt dr̄ ad hebre.ix. per vnguētum vnctiōis

vt habet exodi.xxx. Ablutio vero q̄ fiebat per aquā sigāt mundationē q̄ fit per solā gratiā. Expiatio que fiebat per sanguinē sigāt martyriū vel carnis morti=ficationē. Sanctificatio q̄ fiebat per vnguēti vnctionē figurauit martyrū ꝑfectionē. Et nota ꝙ in isto tercio modo sanctificabat̄ solus Aaron ꝛ filii eius in quo intelligitur ꝙ clerici ꝛ religiosi debent esse mundificati excellenter vnctione spūssancti.

¶ Itē nota ꝙ quinqꝫ erant ex quibus conficiebatur vnguentum vnctionis. vt dr̄ Exo. xxx. scꝫ

Mirrha electa
Cynamomo
Cassia
Calamo. ꝛ
Oleo oliuarum

¶ Prīa ergo spēs illi⁹ vnguenti erat mirrha pura ꝛ electa/ sicut illa que sponte manat ab arbore. et est preciosior q̄ꝫ illa que manat ex arboris incisione. Ista sigāt penitentiam q̄ fit in iuuētute/ que gratiosior est deo q̄ꝫ illa q̄ fit in senectute. Nā caro mirrha prius ꝯdienda est vt sit purissima anteq̄ꝫ vermib⁹ sit consumpta. Contra fatuitatē multoꝝ q̄ mirrha pnīe nolunt se vngere donec toti putruerūt vermibus peccatoꝝ vel viciorum.

¶ Scd̄a spēs illius vnguenti erat cynamomum q̄ est cinerei coloris: ꝛ cū frangit̄ emittit quādā nebulā spi=ramenti redolētis etiā visibilis. vt dicit glo. exo. xxx. Qd̄ figurat̄ hūilitatē q̄ dꝫ esse in clericis et religiosis de quib⁹ manare dꝫ visibiliter spiramētū odoris. i. re=dolētia humilitatis per exemplum edificationis.

¶ Tercia spēs illius vnguenti erat cassia q̄ cressit in aquis ꝛ figurat fidē ecclesie q̄ in aquis sacre scripture proficit in quo intelligit̄ ꝙ fides innititur scripture/ nō rationi hūane. qꝛ vt dicit Ambro. In his q̄ fidei sunt piscatoribus creditur non dyaleticis.

¶ Quarta spēs illius vnguenti erat calam⁹. Est aūt

calam⁹ vt dicit glosa. Exo.xxx. arbor aromatica cre- scens in libano/cuius cortex facit quēdam sonum. et significat in clericis ꝛ religiosis officiū ecclesiasticum qđ instar calami dꝫ esse aromaticū ꝑ deuotionē/ sono rum per diuine laudis expressionem.

Quinta species illius vnguenti erat oleū oliuarum ꝛ sigāt dulcedinem ꝯpassiōis q̄ dꝫ abūdare in clericis ꝛ religiosis. qꝛ sicut ocul⁹ ē lachrymabilior ꝛ tenerior et passibilior ceteris mēbris. sic prelati ꝛ clerici ꝛ reli- giosi qui sunt oculi ecclesie/ debēt esse pre ceteris tene ri in ꝯpassione lachrymabiles ī pietate. De hoc habe mus exēplū in xp̄o q̄ valde pron⁹ erat ad lachrymā- dum ꝛ quē mīa traxit de celis in mundū. Vñ dr̄ i psal. Propterea vnxit te de⁹ oleo leticie pre ꝯsortib⁹ tuis.

¶ De pace. Ca. xli.

De pace q̄ est septima btītudo

notanda sunt tria. scꝫ
Que sunt pacis preconia
Que sunt pacis subsidia.
Que sunt pacis cōtraria.

¶ Primo notāda sunt pacis p̄conia. vñ nota ꝙ tria sūt p̄cōia pacis. nā pax ē
Celi linguagium
Christi enceniū ꝛ
Dei vestigium

Est igit̄ pax celi linguagium cui⁹ signū est triplex: qꝛ xp̄s illud ydioma loq̄batur q̄ ve- nit de celo. Dixit enī apl̄is. Pax vobis Joh.xxii. post resurrectionē quando erat immortalis. Tale lingua gium etiam locuti sunt angeli qui sunt celi ciues. Di- xerunt enim in ortu christi Luce secūdo. Gloria in ex celsis deo/ꝛ in terra pax. Tale etiam ydioma loque- bantur discipuli. quia dictum erat eis a christo Ma- thei.x. ꝛ Luce.x. In quacūqꝫ domum intraueritis di cite/pax huic domui.

Secundo pax est enceniũ xp̄i ꝛ p̄ciosius inter omnia alia iocalia. Cui⁹ causa ē. qꝛ istud p̄ciosum iocale legauit xp̄s ap̄lis in morte. amici nãqꝫ amicis dãt ꝛ legãt magis p̄ciosa in fine. Et nota ꝙ xp̄s dedit pacem discipulis suis ꝛ amicis triplici iure. scꝫ iure donationis inter viuos iure vltimi testamẽti iure codicilloꝝ. Iure donationis ꝛ testamẽti dedit pacem qñ dicit. Jo. xiiii. Pacẽ meã do vobis. pacẽ relinquo vobis. Iure codicilloꝝ qñ post resurrectionẽ quasi firmãdo testamẽtũ dixit Joh. xx. pax vobis.

Tercio pax est vestigiũ dei/ et certissima ꝛ breuissima semita. De qua dr̄ ꝓuer. iii. Oẽs semite illi⁹ pacifice. Et nota ꝙ hmõi vie diuine sũt tres diete vel semite. s.

Pax interna. que dicitur pax pectoris.

Pax externa. que dicitur pax temporis:

Pax superna. que dicitur pax eternitatis.

De dieta pacis interne dr̄ ad collosẽ. iii. Pax christi exultet in cordibus vestris.

De dieta pacis externe dr̄ ad Ro. xii. Si fieri põtest q̄tum ex vobis est cum omnibus pacem habentes.

De dieta pacis sup̄ne dr̄ ysaie. xxxii. Sedebit popul⁹ meus in pulchritudine pacis.

Uñ nota tria pacis subsidia ꝛ ad pacẽ ducẽtia vel inducentia. s.

centia. s.	Conformitas	Cõformitas cũ deo hu-
	Humilitas	militas cũ ꝓximo/tran
	Trãquillitas	quillitas in seipso.

Primo ergo iuuat ad pacẽ habendã ꝯformitas voluntatis nr̄e ad volũtatẽ diuinã. sicut enim semꝑ est in guerra qui nititur regi resistere cui nõ põt aliquaten⁹ preualere. sic cõtinua pace gaudet/ q̄ volũtatem suam volũtati diuine ꝯformare studet/ cui nichil valet resistere Ideo dr̄ iob. ix. Qui resistit ei/ ꝛ pacem habuit?

quasi diceret nullus.

¶ Scdo iuuat ad pacē habendā/cū quis hȝ verā humilitatem. Nā vulgo dr/duo grossi in vno sacco non possunt bene capi. et p ꝯrium humilitas facit mentes modicas ꝛ graciles. ꝛ p ꝯseqūes adinuicem capaces. Vñ dicit apostolus Ephe. iiii. Sollicciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

¶ Tercio iuuat bonum pacis tranqllitas mētis. sicut in lecto spinoso null⁹ posset bn̄ pausare: sic cor inquietū non pōt verā pacē hr̄e. Et econuerso: sicut homo bene pausat in molli culcitra. sic de⁹ qescit in mēte tranqlla. Vñ dr in psal. In pace in idipm dormiā ꝛ requiescam. Et ibidē. In pace factus ē loc⁹ eius. Et iter Mansueti hereditabūt terrā. et ibidē in multis locis patet.

Tercio notanda sunt pacis contraria. Vñ nota ꝙ triplex est pax. Est pax mala que ē vere paci cōtraria: scȝ

Pax inqnata.
Pax simulata
Pax inordinata.

Primo ergo est vere paci ꝯria pax inquinata. et dr pax inqnata qn̄ corda sūt ad malū ꝯcordātia. talē pacē habuit pylat⁹ cū herode Cum essent ante inimici. facti sunt in morte xp̄i amici: vt dicit Luce. xxiii. De tali pace dicit psal. zelaui super iniquos pacem peccatorum videns.

¶ Secūdo est vere paci aduersa pax simulata/qualis fuit simulatoris iude q osculatus ē xp̄m in signum pacis. ꝛ tradidit ipm iudeis: vt dr math. xxvi. De tali pace dicit in psal. Qui loquuntur pacem cum proximo suo mala autem in cordibus eorum.

¶ Tercio ꝛ vltimo ē pax inordinata/qn̄ maior obedit minori. vt p̄lat⁹ inferiori. vel rō sensualitati. talis pax est deterior ꝙ guerra. Talē pacē habuit adam cū eua vxore sua / q obediuit vxori sue qui erat sibi potius ad

obediendum ꝛ ad regẽdum cõmissa. Noluit eni cõtri‑
stare delicias suas vt dicit magister hystoriaꝝ. De tali
pace dicit saluа. Mat. x. Nõ veni pacẽ mittere ĩ terrã
ſꝫ gladiũ. Itẽ nota ꝙ quadruplex bellum ĩ sciptura di‑
stinguitur. qđ paci aduersatur/ꝛ per pacẽ sedatur.
Bellũ eni est inter carnẽ ꝛ spm̃ qđ pacificat penitẽtia
Bellũ est inter hominem ꝛ deum: qđ pacificat iusticia
Bellum etiã fuit inter hominem ꝛ angelum: quod pa‑
cificauit filii incarnatio benedicta.
Bellũ ẽ inter hoiem ꝛ ꝓximum suũ: qđ pacificat patiẽ‑
tia. ꝛ qꝛ pax est ita fructuosa ꝛ necessaria. ideo ad eam
obtinendam docet nos orare propheta dicens in psal.
Rogate que ad pacem sunt hierusalem.

¶ De patientia capitulum. xlii.

De patiẽtia q̃ est octaua ꝛ vlti‑

ma beatitudo. notanda sunt specialiter quatuor. s.

Patientie testimonia.
Patientie beneficia.
Patientie exercitia.
Patientie adiutoria.

¶ Patiẽtie igit̃ testimo‑
nia ꝛ laudes ei⁹ p̃mo sũt
tria notãda. s. qꝛ ẽ prudẽ‑
tissima/strenuissima/ꝛ no‑
bilissima. prudentissima ad regendũ. strenuissima ad
bellandum. nobilissima ad regnandum.

¶ Primo igit̃ patientia ẽ ad regẽdum prudẽtissima
Et nota ꝙ in tribus patet hois patientis prudentia. s.

Acquirendo
Cõseruãdo/ꝛ
Multiplicãdo

¶ Prudẽs eni scit soluere oĩa de‑
bita sua de his q̃ nichil vident̃ va‑
lere. s. de malis pene q̃ sustinet. vt
deus remittat sibi debitũ culpe. ꝛ soluendo nichil expẽ‑
dit de suo. imo de his q̃ accepit ab ĩimico. sicut de op‑
probriis ꝛ ꝯtumeliis soluit q̃cunqꝫ ꝛ q̃cq̃d dꝫ deo. ꝛ cũ
alienis se redimẽdo: sic acq̃rere grãm in p̃nti ꝛ gloriã

in futuro. Et ideo dr Job.xxxvii. Ab aquilone aurum veniet: quod patiens acquirit in tribulatione.
¶ Item patiẽtis prudentia patet in ꝯseruando: qr cũ ꝑdit bona tp̃alia: retinet ⁊ claudit bona sp̃ualia. econtrario facit q̃ patientiam nõ hꝫ. qui autẽ amittit bona exteriora: effundit eterna ⁊ bona interiora ⁊ sic auget capitale dyaboli respondẽdo ad xᵇa et ad ꝯtumelias inimici. ⁊ associat hostem suum ne forte vadat solus in infernum. Male igit̃ q̃ impatiens est custodit diuitias suas q̃ cum aliq̃d ꝑdit etiã residuum effundit. Ideo dr̃ ꝓuer. xix. Qui impatiens est sustinebit damnum.
¶ Prudentia etiã patiẽtis ptꝫ in multiplicãdo. quia sputa opprobria scit mutare in aurum ⁊ argẽtum ⁊ lapides p̃ciosos. Ipse eni ad modũ vrsi xberibꝰ impinguat̃: ⁊ instar salamãdre igne tribulationis fouetur. ⁊ sicut asinus pungitiuis pascitur / sicut strucio comedit ferrum ⁊ oĩa dura: sicut piscis marinus crescit in aqua salsa ⁊ amara. i. tribulationibus ⁊ passionibus. ⁊ tantã scit in negocio habere industriam vt per hostes suos faciat sibi fabricare coronam. vt dr in psal. Supra dorsum meũ fabricauerunt pctõres. Magna est igit̃ prudentia patiẽtis: ꝙ tam prudẽter scit acquirere / conseruare / ⁊ multiplicare bona sua.
¶ Scd̃o patiẽtia est ad bellãdum strenuissima: qr dr̃ ꝓuer. xvi. Melior est patiens viro forti. ¶ Et nota ꝙ strenuitas patientis ptꝫ in tribus: scꝫ si attendas
Pugnantis animum.
Pugnandi modum.
Pugnandi scutum.
¶ Primo ergo patiens habet aĩm valde strenuũ: quia plus vult pugnare q̃ȝ pausare. Gloriosius et generosius est militi stare ĩ bello q̃ȝ in balneo. esse ĩ campo cũ rege: q̃ȝ ĩ lecto cum muliere. certati in pugna: q̃ȝ

delectari in mensa et portare arma regis: quam fimbrias mulieris. Unde dicit apostolus ad gal.vi. Ego enim stigmata domini iesu in corpore meo porto.
¶ Secundo patiens habet in pugnando modum valde strenuum Ipse enim sine fuga euadit. sine ictu teli recedit. sine repercussione vincit. et adeo est in pugnando strenuus: quod contra hostem non leuat festucam de terra. Unde dicitur in psal. Confregit potentias/arcum/scutum/gladium/et bellum.
¶ Tercio patiens in pugna habet nobilissimum scutum. Et nota quod scutum patientie debet esse triangulum. In inferiori enim angulo debet esse timor supplicii. in dextro amor proximi. in sinistro passio xpi. Iuxta illud trenorum.iii. Dabo eis scutum cordis laborem tuum. Et.i.petri.iiii. Xpo igitur in carne passo / et vos eadem cogitatione armamini. et hoc scutum sustinet omnia tela/et specialiter tria.s. damnum rerum molestias corporum/et contumelias verborum. Cum hoc scuto domini/correctiones eius sustinendo vincit dyabolum/eius tentationes euadendo sanctificat semetipsum/carnis afflictiones et passiones corporis tollerando. De strenuitate patientis dicit apostolus ad heb.xii. Per patientiam curramus ad propositum nobis terminum.
¶ Tercio patientia est ad regnandum nobilissima. quia dicitur math.v. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum.
Et nota quod homo pacificus potest dici rex precipue propter tria.s.
Quia regali dominio omnibus dominatur.
Quia ad regale prandium inuitatur.
Quia sibi regale ferculum ministratur.
¶ Primo enim homo patiens rex dicitur quia habet regale dominium in omnibus. Nam patienti seruiunt omnia que aliis sunt nociua. vt sterilitas agrorum implet sibi cellarium. hostes fabricant sibi coronam. febres parant et medicinam. mors aperit sibi carcerem ad euadendum miseriam

ignis q̄ domos incendit aliis: sibi cōfert pabulum/vel ꝯstituit in celis palaciū. ⁊ sic v̄sificat̄ v̄bū ap̄ ad ro. viii. Scimus q̄m diligētib⁹ deū: oīa cooperantur in bonū.

¶ Scd̄o patiēs inuitat̄ a deo ad regale prādiū. ⁊ non solū inuitat̄: sed etiā trahit̄. nec solū trahit̄ imo vestis eius vt veniat lacerat̄. Unī nota ꝙ triplex est signū ꝙ inuitans/ex corde inuitet amicū. s. trahēdo/vocando/ rūpendo. Magnū signū est, qn̄ efficaciter eum inuitat siue vocat ꝑ predicatoris verbū. alios ꝑ tactū inspirationis. sed patiētes quos summe diligit ꝑ rupturā tribulationis. Unī dr̄ Luce. xiiii. Compelle eos intrare. s. patientes vocando/trahendo/⁊ rumpendo.

¶ Tercio patiēti ministrat̄ regale prādiū vel ferculū Talia nāq₃ fercula gustauit xp̄s qui est rex regum: sc₃ tribulationes/ꝑsecutiōes/penurias/pauꝑtates/ dolores/passionē ⁊ mortē. Unī dixit filius zebedei. mat. xx. Potestis bibere calicē quē ego bibitur⁹ sum ⁊c. Et sicut magna incurialitas reputat̄ q̄ respuit cibum quē rex mittit sibi ad bibendū post ip̄m: sic magna īgratitudo ē calicē tribulatōīs respuere: quē amore nostri xp̄s voluit ṗmo gustare. imo sicut vinū qd̄ de se ē forte ⁊ durū trāsiendo per gariophilos ⁊ spēs aromaticas/efficitur nectar dulcissimū: sic tribulationes mūdi dulcescunt si ꝑ memoriā passionis xp̄i transeant. Unde dicit sponsa canti. viii. Dabo tibi poculū ex vino ꝯdito. vinū ꝯditū ad litterā dr̄ nectar ⁊ sigāt vinū mūdane tribulatiōis ꝯditū dulciter dulci memoria passionis xp̄i. qd̄ nobis cōcedat ipse dei filius q̄ est benedict⁹ in secula. Amen

¶ Octaua dieta de fructibus sp̄ūs.

Post tractatū de beatitudinibus seq̄tur tractat⁹ de fructib⁹ sp̄ūs. et

ista ē octaua dieta salutis.s.a beatitudinib⁹ ad fructus spūs puenire. qꝛ beatitudines faciunt opari vel ambulare simpliciť ꝛ pfecte. fructus aūt suauiter ꝛ deliciose. Sunt isti fruct⁹ spūs.xii. quos enūerat apľs ad gal̄.v. Fructus autē spūs ē caritas/gaudiū/pax/patiētia/longanimitas/bonitas/benignitas/mansuetudo/modestia/cōtinentia/castitas. Primo igitur inter istos fructus dicendū esset de caritate: ſ; qꝛ in tractactu de Xtutib⁹ de ipsa dictū est: iō hic nichil ad pn̄s est dicēdum.

¶ De gaudio spūali. Ca.xliii.

Secūdo loco post fructū caritatis dicēdum est de fructu gaudii spūalis. De quo dicenda sunt pauca/ꝛ specialiter tria.

Pⁱo qualiť spūale gaudiū ē a mūdi gaudio separatū

Scd̄o qualiter est a celi gaudio deriuatum.

Tercio qualiter est a celesti gaudio pigmentatum.

¶ Primo igiť gaudiū spūale est a mūdi gaudio separatū ꝛ distinctū. Unde sciendū ē ꝙ quatuoꝛ sunt differētie inter spirituale gaudium ꝛ mundanum.

¶ Prima differētia ē puritas ꝛ ipuritas. Gaudiū enī spūale est purissimū. ꝛ iō fortius ē ad inebriandum ad diligēdum deum: sicut videmus ꝙ vinū purum citius inebriat ꝙ̄ limphatū. Istud vinū spūalis gaudii fit de botro cippri. i. de sanguine xp̄i expresso in crucis torculari. sicut dꝛ in Canti. Botrus cippri dilectus meus michi. Gaudiū vero mundanum sicut vinū cum aqua mixtū ad inebriandū debilissimū et insipidū. De quo diciť ysa. i. Uinum tuum mixtum est aqua. Quia vt dicit Boetius. Dulcedo felicitatis humane multis amaritudinibus est respersa. Et notādum ꝙ gaudium humanum cum duobus est ammixtum: scꝫ cum remorsu

cõſcientie ꝛ ſollicitudine cruciãte. Remorſus ↄſcientie eſt ſicut infirmitas que dꝛ regius morbus / que rodit carnẽ ꝛ eſt magnarum expenſaꝝ. Vñ dr regius. quia oportet ꝙ ex gallinis ꝛ aliis delicatis carnibus morbus ille paſcatur. que ſuper locum morbi ponũtur ne caro totaliter conſumatur. Ꝙtũcunqꝫ tamen caro paſcatur tñ plus conſumitur a morbo. ꝙ ſuſtentetur a fomẽto. Ita in gaudio mundi plus cruciat remorſus cõſcientie. ꝙ delectet dulcedo iocũditatis trãſitorie ꝛ mũdane. Scd̃m gaudium mundanũ eſt mixtum cũ ſollicitudine cruciante. Sollicitudo enĩ auget cruciatum quia vt dicit bernardus. Diuitie mundane cum labore acquiruntur / cum timore poſſidentur / cum dolore amittuntur. Unde verſus.

Diues diuitias non congregat. abſqꝫ labore
Non tenet abſqꝫ metu: non deſinit abſqꝫ dolore

¶ Secunda differentia ſpũalis gaudii / eſt ↄtinuitas ꝛ diſcontinuitas. Spũale gaudium ẽ cõtinuũ ꝛ ſecurũ Vñ dꝛ ꝓuer. xv. Secura mens quaſi iuge conuiuium. Gaudium vero mundanum ẽ breue ꝛ tranſitorium: qꝛ vt dꝛ Job. xx. Gaudium hypocrite: inſtar puncti. Hypocrita dicitur iſte mundus: quia hypocrita licet interius ſit corruptus. exterius tamen apparet bonus ita mundus in veritate malus ꝛ fetidus ĩterius / exterius tamen eſt floridus ꝛ venuſtus. et ideo gaudium eius eſt ſolum quaſi punctus / inſtar puncti non habens longitudinem perſeuerantie / nec latitudinẽ amicitie / nec profunditatem bone ↄſcientie: ſicut punctus qui caret lõgitudine quã habet linea / ꝛ latitudine quam habet ſupficies / ꝛ profunditatẽ quam habet corpus:

¶ Tercia differentia ſpũalis gaudii ꝛ mundani eſt dignitas et indignitas. Gaudiũ enĩ ſpũale eſt de rebus

valde dignis. qꝛ de deo p̄cipue/ ꝛ de rebus diuinis. Vn̄
dicit ap̄ls phil'. iiii. Gaudete in dn̄o semꝑ ꝛc. Gaudiū
ẟo mūdi ē de reb⁹ indignis. ꝛ p̄cipue sicut de volupta
te carnis. de qua dicit seneca. Voluptas ē mēbroꝝ vi-
liū ꝛ turpiū ministratio. veniēs ex exitu fetido. Et au.
dicit ꝙ seculi leticia est impugnita neq̄cia. videlȝ luxu
riari/ in spectaculū vagari/ ebriositate impinguari. tur
pitudine fetere/ ꝛ mali nichil pati. De quo gaudio tur
pissimo dr ꝓuer. iii. Stultorum exultatio ignominia.
¶ Quarta differētia spūalis gaudii ꝛ mundani est sa
lubritas ꝛ noxietas. Gaudium enim spūale ē salubre ꝛ
studiosum tripliciter: qꝛ facit carnē despicere. Gustato
enim spū desipit om̄is caro. vt ait aug. Scđo facit dya
bolū vincere. qꝛ vt dicebat sctūs anthonius. Unica rō
vincēdi dyabolū ē leticia spūalis. Tercio facit mundū
ꝯtēnere: qꝛ nemo potest duobus dn̄is seruire. Ideo q̄
gaudet de deo. tristatur de mundo.
¶ Tercio spūale gaudiū est a celesti gaudio deriuatū
id ē a donis celestib⁹. Unde notādū ē ꝙ q̄nqȝ sunt bo
na celestia/ a quibus est spūale gaudium deriuatū: scȝ

Spūalis puritas.
Spūalis tranq̄llitas
Spūalis sanitas.
Spūalis libertas.
Spūalis ꝯformitas.

Primū a q̄ causat̄ spiritua
le gaudiū. est spūalis puri-
tas Animus ei generosus
liberi⁹ q̄escit in lecto cōscie
q̄n est mūdus ꝙ̄ quādo est
immundus. Nam naturaliter homo appetit mūdiciā
ꝛ abhorret īmundiciā. Propterea dicit spōsa in canti.
primo ca. Lectulus noster floridus.
Scđm a quo causatur spūale gaudiū est spūalis sani-
tas: sicut videm⁹ ꝙ naturaliter nō est gaudiū. si corp⁹
est infirmū. Vn̄ dr ꝓuer. xvi. Dulcedo aīe est sanitas
ossiū. i. viriū anime. Et eccl'iastici xxx. Non est census

super sensum salutis corporis.non est oblectamētum super cordis gaudium.
Terciū a quo deriuatur spūale gaudiū/est spūalis libertas.peccator eni est sicut hō captus ꝛ ligat⁹. ad bene operandū ineptus. Uñ dr ꝓuer.v.Iniqtates sue capiūt ipium.sed adueniēte spūsctō libertas causatur in aīa Juxta illud apli scd̃e ad co.iii. Ubi spiritus domini ibi.libertas.
Quartū a quo spūale gaudiū causat est spūalis tranquillitas. Jta in hoc mūdano gaudio sunt diuersarū cogitationū tumultus ꝛ diuersarū affectionū cruciatus consciētie remorsus.Quidā vero cruciant cupiditate in acquirēdo / quidā timore in custodiēdo/quidā dolore in amittēdo. Isto gaudio hūano quidā cruciātur ira/quidā inuidia:sꝫ anim⁹ spūali gaudiū plenus quietus est ꝛ iocūdus ꝛ quasi quidā lect⁹ mollissimus Uidem⁹ eni ꝙ in lecto molli ꝛ qeto libenti⁹ hō qescit ꝙ in lecto spinoso.Iste est lect⁹ floridus in quo qescit sponsus ꝛ spōsa in canticis. De ista qete gaudii spūalis dicit gre.Scti q̄ nichil hui⁹ mūdi appetunt.nullis corde tumultib⁹ ꝯprimunt.Et augustinus dicit ꝙ qui biberit de fluīe paradisi cui⁹ vna gutta est maior oceano restat ꝙ in eo sitis huius mundi extinctus sit.
Quintum a quo causat spūale gaudium / est spūalis ꝯformitas.s.cū volūtate dei.qꝛ cum voluntas hūana volūtati diuine ꝯformatur.nichil ei repugnat:ꝛ sic voluntas dei in oībus iplet Juxta illud psal.oīa q̄cunqꝫ voluit dñs fecit.hec aūt maior dilectio ꝛ mai⁹ gaudiū est qđ possit esse.oīa ad nutū habere ꝛ nichil ei repugnare.Etiā ignis gehēne facilis esset. si volūtas illū acceptaret.Qui igit sūt volūtati diuine ꝯformes sunt quasi dii/sue volūtatis oīpotētes.Exēplū de quodam

sancto patre qui sciebat flere quandocunqꝫ volebat
Tercio ꝛ vltimo spūale gaudium est a celesti gaudio pigmentatū. ꝯficit eni instar nectaris specibꝰ celestibus ꝛ gariophilis. Vñ notandū est deuote ꝛ diligenter ꝙ triplex est genus nectaris. scꝫ

Nectar dñice passionis
Nectar virtuose opationis
Nectar eterne fruitiōis vel felicitatis

¶ Primum est nectar dñice passionis. qđ est dulcissimum ꝛ aīe deuote inebriatiuū. Et notādum ꝙ in hoc nectare benedicto quatuoꝛ apponūtur. s. vinum illud mirratū quo xp̄s fuit potatus. Pro gariophilis sunt claui positi quibus xp̄s fuit ꝯfixus. Pro cynamomo fuit lignū crucis/in quo fuit suspēsus. Pro zucara est ibi dulcissima caritas ꝛ mīa / q̄ pro nobis tractus fuit passus ꝛ moꝛtuus. De isto nectare dicit sponsa in canticis. Dabo tibi poculum ex vino condito.

¶ Secundū nectar est virtuose opationis. Habet ꝓ vino caritatem dei ꝛ ꝓximi/ꝛ pro gariophilis clauos pungitiuos ꝯfessionis pctī. Pro cynamomo plāctus ōstensiuus recognitionis pctī. Pro zucara habet dulcedinem pietatis ꝛ boni operis. De isto nectare dicit sponsa in canticis. Bibi vinū meū cū lacte meo. vinuꝫ dulce ꝛ lac est mūdū. qꝛ bona volūtas habet ista duo: scꝫ dulcedinē veritatis vel pietatis ꝛ gratie. ꝛ mundiciam ꝯscientie. De isto gaudio dr̄ eccl'iastici. xxx. Nō est oblectamentum super coꝛdis gaudium.

¶ Tercium est nectar eterne fruitionis vel felicitatis qđ angelicū ꝛ iocūdissimū ē. ꝛ iđ facit btōs ꝯtinue cātare sanctꝰ sanctꝰ sanctꝰ dñs deꝰ sabaoth. ꝛc. Sicut videmꝰ ꝙ nectar in ꝯuiuiis facit ꝯuiuias choꝛeas ducere ꝛ cantare. sic. ꝛc. Istud nectar conficitur ex quatuoꝛ Habet eni ꝓ vino puritatē diuine visionis. pro gario

philis habz venustatẽ dñice passiõis. pro cynamomo hz firmitatẽ eterne donatiõis vel fruitionis ꝑ zucaro vel ꝑ melle hz dulcedinẽ vel suauitatẽ eterne fruitionis. De isto nectare dr̄ in canticis. Bibite ⁊ inebriamini amici mei carissimi. Istud est spirituale gaudium a celesti gaudio pigmentatum. De quo dr̄ in Matheo. Intra in gaudium domini tui. ⁊c.

Terciꝰ fructꝰ est fructꝰ pacis

Sed qꝛ de isto fructu tractatum est in beatitudinibus in septima beatitudine: ideo de ipso nichil amplius ⁊ hic dicendum.

Quartus fructꝰ est patientia

de qua similiter dictũ est in tractatu de beatitudinibꝰ cum dicebatur de octaua beatitudine.

¶ De longanimitate. Ca. xliiii.

Quĩtus fructꝰ ẽ lõganimitas

vel perseuerantia. de qua etiam notanda sunt tria.
Primum est ꝙ laudabiliter cõmendatur.
Secundum est ꝙ efficaciter operatur.
Tercium est ꝙ singulariter coronatur.

¶ Primo igiẗ cõmendaẗ perseuerãtia: qꝛ deus perseuerauit quousqꝫ fecit opus sue creationis Juxta illud genesis. ii. Compleuit deus die septimo opus qđ fecerat. Christus perseuerauit quousqꝫ perfecit opus nostre redemptionis. qꝛ dr̄ Joh. xvii. Opus consummaui quod dedisti michi vt faciam. Sãcti ꝑseuerauerunt quousqꝫ ꝑfecerũt opus sue ꝑfectionis. In quorũ ꝑsona dicit apl's sc'de Thi. iiii. Bonũ certamen certaui/cursum consummaui/fidem seruaui.

Scḋo pſeuerantia operꝫ efficaciter. Uñ notandum ꝙ triplex eſt pſeuerantie affectus. nam perſeuerantia.

Perficit inchoata
Jmpetrat poſtulata
Stabilit acquiſita

¶ Primo igiꝫ perſeuerantia perficit inchoata/ ꝛ nichil imꝑfectū relinquit: etiā ſi robur deficit. ſicut videmus ꝙ mulierculē q̄tumcūqꝫ ſenilis etatis/ laborādo ꝛ pſeuerando ꝛ continuādo pficiunt laborē ſue peregrinatiōis. ꝛ ſicut videmus ꝙ natura cōtinue operando ex modica radice vel nuce facit arborē mire celſitudinis. ꝛ ſicut videmus ꝙ gutta aque q̄uis ſit res valde mollis: cōtinue cadendo cauat lapidē robuſte ſoliditatis. Et ideo dꝛ iudicū. xviii. Nolite negligere/ nolite ceſſare.

¶ Scḋo pſeuerātia impetrat poſtulata. ſicut maria magdalena pſeuerando vidit reſurrectionē xp̄i. ſicut apl̄i pſeuerādo in orōne acceperūt donū ſpuſſancti. vt dꝛ actuū. ii. Et ꝓpterea dꝛ Luce. xi. Si pſeuerauerit pulſans ꝛ ſi nō dabit ei eo ꝙ amic⁹ ei⁹ ſit ꝓpter improbitatē tñ ei⁹ ſurget ꝛ dabit ei quotquot hꝫ neceſſarios

¶ Tercio pſeuerantia ſeruat acq̄ſita. ſicut videm⁹ ꝙ ignis ſeruaꝫ ꝯtinue miniſtrādo ligna. Et ꝓpt̄ea dicit aug. Perſeuerātia ē magnū donū dei q̄ dona ꝯſuanꝫ

¶ Quarto pſeuerantia coronaꝫ ſingulariter. Uñ ait Ber. ꝙ alie virtutes coronā merētur: ſed ſola perſeuerantia coronaꝫ. Et notandum ꝙ in ſcriptura quadruplex inuenitur ꝛ laudatur corona.

Eſt enim corona pudicitie v̄ginalis. et hec eſt florea ꝛ debetur virginibus. Uñ pſal. Gloria ꝛ honore coronaſti eum. Dicitur de ſponſo virginum.

Scḋa corona eſt ſapiētie mgr̄alis. ꝛ hec aurea ē q̄ debetur doctorib⁹ Eccl̄. xlv. Corona aurea ſup mitrā ei⁹

Tercia corona eſt perſeuerantia triūphalis. et hec eſt

gēma que debet martyribus ⁊ oībus perseuerātibus psal. Posuisti dn̄e in capite eius coronam de lapide precioso. Et aplus prime cor.ix. Ois eni qui in agone contendit ab oībus se abstinet. ⁊ illi quidē corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptum. Quarta corona ē glīe imortalis. ⁊ hec est stellea q̄ debet felicib9 Apo.xii. In capite eius corona duodecim stellar. Corona stellea est felicitas etn̄a. de qb9 dicet infra in vltima dieta vbi tanget de glīa paradisi. Hac corona coronantur perseuerātes. qr vt dicit saluator. Qui perseuerauerit vsq3 in finem saluus erit.

Sext9 fruct9 ē fruct9 bonitatis.

De isto fructu actū est i tractatu de beatitudinib9 in capitulo de mīa. ⁊ ideo de ipso nichil est dicēdū nisi q̄ quatuor sunt de quib9 bonitas predicat. Est eni bonitas nature ꝯgregātis/fortune adorātis/ grē reformātis/glīe quietātis. De quib9 dr gen.i. Vidit deus cuncta que fecerat .s. bona nature/bona fortune/bona gratie/bona glorie. ⁊ erant valde bona.

¶ De benignitate. Ca.xlv.

Septim9 fruct9 ē fruct9 benignitatis.

De isto fructu silr dictū est in tractatu de beatitudinib9 in caplo de mīa. ⁊ iō nichil ad pn̄s dicendū est de ipo nisi q̄ quatuor sūt q̄ ad benignitatē nos inducunt. sc3

Preceptū qd̄ inducit vel iponit
Exemplum quod proponitur.
Supplicium quod euaditur
Stipēdiū vel premiū qd̄ acqrit.

¶ Prio d3 nos mouere ad benignitatē preceptū quod a christo inducit vel imponit. Unde dicit Luce.vi. Estote misericordes sicut pater

vester misericors est.
¶ Secundo debet nos mouere exemplũ qđ ab ipso proponitur de samaritano.
¶ Tercio dꝫ nos mouere suppliciũ inferni qđ euadit qꝛ iudiciũ sine mia fiet illi qui non fecerit miam.
¶ Quarto mouet nos pmium qđ in celo acquiritur. Uñ in math.v. Beati misericordes: qm̃.ꝛc.

¶ De mansuetudine. Ca.xlvi.

Octauꝰ fructꝰ ẽ fructꝰ mãsuetudinis. de quo supra dictũ est in tractatu de beatitudinibus in capitulo de mititate. iđ de ipa parũ est hic dicendum. Et breuiter est notandum ꝙ mansueti.

Clarius informãtur
Rarius ipugnãtur
Altius eleuantur
Amplius venerãtur

¶ Primo igit mansueti clarius informãtur. Exemplũ de discipulis. Unde iacobꝰ in canonica sua. In mansuetudine suscipite inscitum verbum.
¶ Scđo mansueti rarius impugnãtur. Sicut enim videmus cõiter ꝙ nõ ipugnãtur nisi castra alta ꝛ altius eleuata. sic etiã videmus ꝙ leo ꝛ canis non inuadunt hoiem si inueniãt ipm iacentẽ vel sedentẽ supra terrã. Uñ psal. Mansueti hereditabũt terram, ꝛ delectabuntur in multitudine pacis.
¶ Tercio altius eleuantur. sic patet de xp̄o qui venit ad nos mansuetus Mathei.xxi. sicut patet de beata virgine ꝛ multis aliis. Unde psal. Exurge in iudicio deus vt saluet omnes mansuetos terre.
¶ Quarto mansueti amplius honorãtur. Exẽplum habemus a christo de recũbere in nouissimo loco. Uñ psal. Suscipiet dominus mansuetos.

¶ De fide. Ca.xlvii.

Nonus fruct⁹ ē fides de quo dictū est in tractatu de virtutib⁹ in capitulo de fide et ideo nichil aliud est hic dicendum: nisi ꝙ fides est.
Sicut fundamentū ad sustinendū.
Sicut armatura ad euadendum.
Sicut argumentū ad ꝯcludendū.
Sicut instrumentū ad ascendendū.
Primo igitur fides ē sicut fūdamētū ad sustinēdū. Sicut eni videm⁹ ꝙ natura qñ vult ꝓducere plantā p̄rio ponit radicē. silr qñ domificator facit domū . p̄mo ponit fundamentum. silr in moralibus si aliqs velit edificare bona opa/ dꝫ supponere fidē . q̄ est vt petra durissima ꝛ toti⁹ spūalis edificii fundamentū . ꝛ iō dicit dñs pe. Math. xvi . sup hāc petrā edificabo ecclīam meā. Et nota ꝙ dicit sup hāc. qꝛ fūdamētū aliud nemo pōt ponere. nisi illud qđ positū est xp̄s iesus. i. cor. iii.. Et ideo si qs edificat super istud fundamentū edificet qꝛ ait ap̄ls. Sine fide impossibile est placere deo.
Scđo fides est armatura ad euadēdū. est eni sicut scutum militare. scutum autē militare habet supficiem ꝛ tres angulos. ꝛ portatur a parte sinistra cōtra aduersarium/ ꝛ a parte cordis ad protegendum ipsum . ꝛ ratione signi habet representare deū. sic reuera fides catholica est ad repellendū aduersariū cum trib⁹ caternis/ ad protegendū animū cum tribus potētiis ad cōfitendū deū in trib⁹ psonis. Vñ ait ap̄ls Ephe. vi. In omnibus sumentes scutum fidei. ꝛc.
Tercio fides est sicut argumētum ad concludendum nō sicut argumentū dyaleticū quod procedit ex ꝓbabilibus. aut sicut argumentū tentatiuū / quod ꝓcedit ex his que videntur probabilia ꝛ nō sunt. sꝫ ē argumētū apotheticū. i. faciēs scire . Nunq̄ eni aliqs sapiens

per suā scientiā potuit peruenire ad tantam sciētiam de deo ꝛ creaturis. ad quātam venit simplex piscatoꝛ petrus cū dixit. Tu es xp̄s filius dei viui. Unde per istud argumentū ꝓbatur vnitas diuine essentie/trinitas ꝑsonaꝝ / vnitas prime cause ꝛ multiplicitas creaturarū/pietas mīe/multiplicitas grāꝝ et multa alia que xp̄s ꝛ ei⁹ discipuli ꝑ istud argumētum demonstrabant. Nam per istud argumentū ꝓbatur demōstratiue illumīatio cecoꝝ ambulatio claudoꝝ/audit⁹ surdorū/locutio mutoꝝ/erectio siue extēsio aridorum suscitatio mortuoꝝ. Et iō dicebat xp̄s in math. Si opa nō fecisset i eis q̄ nemo ali⁹ fecit. pctm̄ nō haberēt. Et iō volēs apl's diffinire fidē ait. Fides est substantia rerū sperandaꝝ argumentum nō apparentium Hebꝛe. xi. Quarto fides est sicut instrumentū ad scandendū. vidim⁹ eni ꝙ naturalit' oīs res hꝫ locū ꝓp̄ū ad quē naturaliter tēdit ꝑ suā naturā. sicut grauia hn̄t locū deoꝛsum ad quē ꝑ naturā grauitatis naturaliter descēdunt. Leuia aūt hn̄t locū sursum ad quē per naturam leuitatis naturaliter ascēdunt. Hō cū sit oīm creaturarū coꝛpoꝛaliū nobilioꝛ. hꝫ locū sup oīa coꝛpoꝛa. ad quē locū ante pctm̄ poterat per gratiā ascēdere/q̄uis non posset per naturā totaliter. sꝫ ꝑpter pctm̄. gratia fuit sibi ablata/ꝛ natura totaliter sauciata: ꝛ iō ad hoc possit ad locū ꝓpꝛiū remeare. idiget istrumēto quodā qđ instrumentū null⁹ ꝑ suā sapiētiam vel vitā potuit fabꝛicare p̄ter xp̄m. qui fabꝛicatus est auroꝛam ꝛ solē iō oēs qui saluati sunt per ministeriū ipius xp̄i. scꝫ per fidem saluati sunt que quidem est velut vna scala per quā ad celū ascēdit': ꝯtinēs duodecim grad⁹. i. duodecim articulos per apl'os declaratos: iuxta numerū. xii celoꝝ incipiēdo ex aere q̄ celum dr̄ vsqꝫ ad celū empi-

reū. in quo duodenari⁹ nūerus terminat. Latera autē istius scale sunt diuinitas et hūanitas. Ista autē scala fuit per xp̄m deū ꝛ hominē fabricata. sed nobis fuit ꝑ duodecim apostolos reuelata. Ista ē scala quam vidit iacob patriarcha/cuius cacumē ꝑtingebat ad celū. cui etiā dn̄s erat innixus/ꝑ quā ascēdebāt angeli ꝛ descendebāt. De ista scala dicit aug. in sermone ascensionis Ascendamus interim corde. i. fide vt cū dies ꝓmissus aduenerit sequamur in corpore. ¶ De modestia

Decimus fruct⁹ est modestia

De isto fructu in tractatu de tēperātia dictum ē. ꝛ ideo ad p̄ns nichil est dicendū. ¶ De continentia.

Undecim⁹ fruct⁹ est ꝯtinētia

De isto fructu ī tractatu de ꝯsiliis/in capitulo de castitate similiter dictum est ¶ De castitate.

Duodecim⁹ fruct⁹ ē castitas

De isto fructu similiter ī tractatu de ꝯsiliis dictū est/in capitulo de castitate. ꝛ iō de eodē nō ē ampli⁹ dicendū

¶ De generali iudicio. capitulum. xlviii.

Post tractatū de fructibus sp̄us sancti. de gn̄ali ꝛ vltimo iudicio ē dicendū. Ista ē nona dieta. s. a fructibus bonorum operū. venire ad iudiciū extremū. De generali iudicio. quatuor specialiter sunt notanda. sc3

Signa que premittentur.
Scripta que aperientur.
Verba que dicentur.
Facta que sequentur.

Signa que premittentur erūt sicut quedam peremptoria citatio.

¶ Scripta. s. libri q̄ aperient. erunt sicut quedā acta ꝛ

processus recitatio/ꝛ testium publicatio.
¶ Verba que dicentur. erunt sicut quedam sententie promulgatio.
¶ Facta que sequentur erunt sicut quedam late ꝛ promulgate sententie executio.
¶ Primo igitur precedent illud iudicium (vt dicitur marci. xiii) signa sicut quedam citatio peremptoria que signa dicit Hieronymus se reperisse in historiis hebreorum.
Prima die eriget se mare quindecim cubitis super altitudinem montium stans in loco suo quasi murus.
Secunda die descendet: ita quod vix poterit videri.
Tercia die pisces ꝛ marine belue apparentes super mare/dabunt mugitus vsque ad celum.
Quarta die ardebit mare ꝛ aqua.
Quinta die herbe ꝛ arbores dabunt rorem sanguineum
Sexta die ruent edificia.
Septima die petre ad inuicem collidentur ꝛ in octo partes scindentur/ꝛ vnaqueque pars collidet aliam. ꝛ non sciet homo sonum illum/sed tantum deus.
Octaua die fiet generalis terremotus/qui tantus erit vt dicitur/quod nullus homo vel animal aliquod stare poterit/ꝛ ad terram omnia prosternentur.
Nona die equabitur tota terra/ꝛ omnes montes ꝛ colles in puluerem redigentur.
Decima die exibunt homines de cauernis terre ꝛ ibunt velut amentes/nec poterunt sibi mutuo loqui.
Undecima die resurgunt omnia ossa mortuorum. ꝛ stabunt super sepulchra. omnia enim sepulchra aperientur. vt mortui exire valeant.
Duodecima die cadent stelle de celo. In hac enim duodecima die dicitur quod animalia cuncta venient: ad campos mugientia/non gustantia/nec bibentia.

Terciadecima die morientur homines viuentes vt cum mortuis resurgant.

Quartadecima die ardebit celum et terra et supficies terre et aeris.

Quintadecima die fiet celum nouum et terra noua/et resurgent mortui sm virtutes/merita et demerita recepturi. Ista eni signa erũt (sicut dictũ est) quedã peremptoria citatio et terribilis cum executiõe sententie sine omni excusatione ad iudicium vocatio et preconisatio. Vñ dicit apl's prime thessal'.iiii. Ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo. De ista terribili citatione dicit Hiero. Siue comedam siue bibam siue aliquid aliud faciam:semper videtur sonare illa terribilis tuba in auribus meis. Surgite mortui;venite ad iudicium. Et iob.xxxviii. Quid faciam cum resurgam ad iudicium.

¶ Secũdo in illo iudicio tremẽdo aperientur scripta sicut quedã acta. Et nota q' ibi aperientur tria scripta solẽnia et autentica/et sine omni calũnia:sc3

Liber passionis dñice
Liber conscientie.
Liber vite.

¶ Prĩo aperient' quasi qdã acta.s.liber passionis dñice: in quo sũt.s.crux claui lancea corona spinea et in carne xp̄i cicatrices et xp̄i vulnera vt dicit crisostomus. et non erit tunc necessitas accusationis cũ viderit quilibet crucẽ et ipsum xp̄m habentẽ in corpore suo testimonia passionis. Vñ dr mat.xxiiii. Tunc apparebit signum filii hominis in celo.

¶ Scd̄o aperiẽtur libri ɔ̄scie. Et nota q' liber ɔ̄sciẽ ɔ̄tinet tria capitula.s.cogitatiões.q2 vt dr sap̄.i. In cogitationib' impii interrogatio erit. ɔ̄tinebit etiã v̄ba et locutiones ociosas. vt dr Math.xii. De omni verbo ociosa qd̄ locutus fuerit hõ reddet rõem in die iudicii

Continebit etiã liber ille facta ⁊ opationes. Et dicitur ecclesiastes vltimo. Cuncta que fiunt adducet dñs in iudicio pro omi errato/siue bonum/siue malum sit. bonum scʒ omissum/⁊ malum commissum.
¶ Tercio aperietur liber vite .i. xp̄s: cuius virtute manifestabuntur secreta ꝯsciẽtiaꝝ vnius ad alterum. sicut dicit apl's ꝑme coꝝ.iiii. Nolite ante tempus iudicare: quousqʒ veniat dies dñi ⁊c. De istis libris dicitur apocalipsis. xix. Judicati sunt mortui ex his q̄ scripta sunt in libro ẜm opera ipsorum.
¶ Tercio in illo tremẽdo iudicio v̾ba iudicis ꝓmulgabuntur sicut sententia diffinitiua. Unde nota in ista sententia specialiter tria.
¶ Primo cause magnitudinẽ siue imensitatẽ/de qua erit illa sententia. q̄r non erit pecunie vel possessionis terrene: sed dãnationis vel saluationis eterne. illi v̾o qui obtinebunt: mutabũtur ad possessionẽ hereditatis eterne. q̄r d̾r Mathei. xxv. Et ibunt hi in supplicium eternum. illi vero in vitam eternam.
¶ Scd̃o nota in isto iudicio auditoꝝ multitudinẽ vel curie solẽnitatẽ in cui⁹ ꝯspectu reprobi confundentur Totus eni mũdus ꝯgregabit̾/oẽs angeli de celo/oẽs hoĩes de mũdo/oẽs dyaboli de iferno: vt d̾r mat. xxv. Congregabũtur ãte eũ oẽs gẽtes. Et iō ẽ bonũ cõsiliũ cũ hoĩe q̄ de iure suo diffidit ãte diem sentẽtie p̾iculose coram sacerdote de ꝯpõne tractare. Unde dicit sapiẽs eccl'i. xviii. Ante iudicium: para iusticiam.
¶ Tercio in illo iudicio tã tremendo vel sententia tremẽda iudicis nota seueritatẽ vel inflexibilitatẽ. Unde d̾r malachie. iii. Et q̄s poterit cogitare diem aduẽtus eius/aut quis stabit ad vidẽdũ eum? Tanta nãqʒ erit tunc iudicis seueritas ⁊ inflexibilitas: q̄ si beata v̾go

et oēs angeli ꝛ sancti ꝛ sctē genua flecterēt ꝛ cū lachry mis orarēt ꝓ aliquo ꝗ esset in mortali pctō: iudex non exaudiret eos. qꝛ dicit̃ ꝓuer. vi. zelus et furor viri non parcet in die iudicii/ nec acq̄escet cuiuscunqꝫ precibus/ nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

¶ Quarto ꝛ vltimo in isto tremendo iudicio facta sta tim executioni dabuntur. De executione illius senten tie nota specialiter tria.

¶ Primo multitudinē ꝛ potentiā ministroꝝ q̄ parati erunt ad ṽbum iudicis exequēdū. qꝛ dr̄ math. xiii. In ꝯsummatione seculi exibūt angeli ꝛ separabūt malos de medio iustorum/ ꝛ mittent eos in caminū ignis. ibi erit fletus ꝛ stridor dentium.

¶ Scd̄o in ista executione nota īpotētiam ꝛ angustiā reproboꝝ: qꝛ nulla erit via ad euadēdū. Vñ dicit aug. O q̄ ā̄guste erūt vndiqꝫ reproboꝝ vie: supius erit tūc iudex iratus/ inferiꝰ chaos inferni horrendū/ a dextris accusantia pctā/ a sinistris infinita demonia ad suppli ciū trahentia. intus ꝯscia vrens. foris mundus ardēs. miser pctōr sic dep̄hēsus quo effugiet: latere erit īpossi bile/ apparere intolerabile. Et iō dr̄ apo. ix. q̄ deside ra bunt hoīes mortem/ ꝛ fugiet mors ab eis.

¶ Tercio nota in ista executione defectum ꝛ carentiā oīm auxilioꝝ: tunc enim xp̄s q̄ tm̄ misericors ē q̄ pro pctōribꝰ tradidit semetip̄m: ridebit in dāṅatione eorū In cuius ꝑsona dr̄ ꝓuer. i. Ego quoqꝫ in īteritu vr̄o ri debo. Sancti etiā q̄ se ꝓ salute oīm morti exposuerūt non ꝯpatiētur tunc miserie reproboꝝ: sꝫ potius gaude bunt in dānatione eoꝝ: qꝛ dr̄ in psal. Letabit̃ iustus cū viderit vindictā ꝛc. Sicut enim nūc est tp̄s clemētie: sic erit tūc tp̄s vltionis ꝛ vindicte: sicut dr̄ in psal. Cū accepero tēpus: ego iusticias iudicabo. Et hec de iudi

cio vltimo dicta sufficiant.

¶ De penis inferni. Ca. xlix.

Post tractatũ gñalis iudicii sequit videre de penis inferni/ et gloria paradisi. Ista enĩ est vltima dieta. s. a iudicio ad infernũ vel ad celũ. Nã reprobi faciunt pessimã dietã de iudicio ad eternũ suppliciũ. Iusti vero faciũt optimam dietam a iudicio ad regnum eternum.

¶ Primo igitur dicẽdum est de penis et suppliciis reproborum. de quibus notanda sunt quinqз.

Primo penaꝝ acerbitas.
Scdo penaꝝ diuersitas.
Tercio penaꝝ diuturnitas.
Quarto penaꝝ vniuersitas.
Quinto penaꝝ inutilitas.

¶ Prio igit pene reproboꝝ erũt acerbissime et ĩtolerabiles. grauissima enĩ pena q̃ in hoc mundo potest tolerari: minor est pena purgatorii. vt dicit augustinus in quodam sermone: quãto magis pena inferni. In signum huius vehementis doloris dicit saluator in euãgelio. Ibi erit fletus et stridor dentium.

¶ Secundo pene inferni erunt diuerse. Unde nota qꝫ in sacra scriptura inueniuntur nouem pene

Prima est pena ignis.

Scda pena est vermis. Ignis ardebit carnẽ: vermis ardebit mentẽ. De istis duabus simul dr ysa. vltimo. Uermis eoꝝ non morietur: et ignis non extinguetur.

Tercia pena est fetor. vt dicit in psal. Ignis sulphur et spũs procellaꝝ pars calicis eoꝝ. i. pene eorum.

Quarta pena est frigus. qz dicitur Iob. xxiiii. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. qz erit maxima pene mutatio subita. qz natura mutationes non patitur repentinas: vt dicit ypocras.

Quinta pena erit fames maxima. iuxta illud ysa. lxv serui mei comedent: et vos esurietis. Ibi nanque est tanta inopia. quod neque guttam aque poterunt habere. vt legitur Luce. xvi. de diuite epulone. sepulto in inferno. Unde gregorius. Guttam aque petiit/qui micam panis lazaro negauit. Maxima pena erit fames/que ibi erit: et magis mortalis est carentia visionis diuine. Unde dicit Gregorius. Immortalis ibi fames interficit: quia faciem suam saluator eis abscondit.

Sexta pena est tortor vel potius tortores. quia dicitur Mathei. xviii. Tradidit eum tortoribus/donec redderet vniuersum debitum.

Septima pena est horror. Unde Job. ix. Ubi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. et ista erit maxima pena: quia videmus si nunc appareret nobis vnus solus dyabolus. magnus horror/et quasi intolerabilis esset. quid ergo erit tunc/cum tot horribiles apparebunt?

Octaua pena erit tenebra / in qua incarcerabuntur et ligabuntur reprobi: quia dicitur Mathei. xxii. Ligatis manibus et pedibus eius. proiicite eum in tenebras exteriores Et Gregorius dicit in moralibus. Ignis infernalis concremationem habet/et non lucem.

Nona pena et quasi principalis erit dolor: quia in illis penis non solum erit acerbitas/sed contrarietas. Unde vt dicit Gregorius in moralibus libro. ix. Horrendum enim erit reprobis ibi dolor cum formidine/flamma cum obscuritate/mors sine morte / finis sine fine / defectus sine defectu: quia et mors viuit/et finis semper incipit/et defectus deficere nescit. Mors perimit et non extinguit/ et dolor cruciat/et pauorem non purgat. Et ratio est: quia cum peccator et dyabolus in culpa consentiant. iustum est vt creature in reproborum pena conueniant

Et notandum q̄ a diuersis causis ipsis reprobis inest dolor: sunt autem quatuor cause doloris.
¶ Prima est. quia amiserũt bona temporalia huius mundi. Unde psal. Cũ interierit homo non sumet oia nec descendet cum eo gloria eius.
¶ Scd̄a cā est. qr tp̄s pdiderunt. Un̄ hiere. i. Transiit estas/ et facta est messis. et non saluati sumus. Dānati nāq3 darent libēter totum mundum p̄ vno momento temporis: si possent habere ad penitendum.
¶ Tercia causa est. qr visionem et gloriam dei perdiderunt. Unde dicit crisostomus/ q̄ oēs gehēne cruciatus/ sunt carentia visionis dei.
¶ Quarta causa ē. qr inferni vilitatē et miseriā acquisierunt. Est eni locus infernalis tenebrosus et penuriosus qd̄ erit maxima pena diuitib9 et hoib9 voluptuosis et magnatibus qr in vita habuerũt domos sine fumo et ibi erit fumus ꝯtinuus. qr d̄r ysa. xlv. Fumus erunt in furore meo. De istis penis dicit bern̄. in sermone de negocio spūali. o gehennalis regio fugienda vbi ignis ardens/ frigus vrens/ vermis immortalis/ fetor intolerabilis/ mallei pcutientes/ tenebre palpabiles/ cōfusio pctōꝝ īnodatio vinculoꝝ/ horribilis facies demonum totus tremor ad huiusmodi religionis memoriam.
¶ Tercio est ibidē penaꝝ diuturnitas: pene enī infernales erũt diuturne. īmo sempiterne. qr d̄r ysa. xxxiii. Quis ex vobis poterit habitare cũ ardorib9 sempitnis et Mat. xxv. Discedite a me maledicti ī ignē eternum Dicit Greg. q̄ ad magnam iusticiā iudicis pertinet vt nunq̄ careāt supplicio. q̄ nunq̄ dũ viuerēt voluerũt carere pctō. Et illud est summe horrendũ in ista pena. q̄ sit maxima et eterna. si enī dānati singulis dieb9 flerēt/ et in fletu emitterēt modicā lachrymā. pl9 de aqua per

processum temporis de oculis vni⁹ damnati exiret q̄ sit aqua totius mūdi. ℭui⁹ ꝓbatio est. qꝛ illa aqua est infinita. aqua autem totius mundi est finita.

¶ Quarto est in iferno penaꝝ vniuersitas. Sūt eni q̄dā dicere volētes ꝙ in iferno vniuerse ptes hoīs tā corpis q̄ aīe post diē iudicii erūt i igne. qꝛ dr̄ i math. Timete eū q̄ postq̄ occiderit: pōt corpus ꝛ aīam perdere in gehēnam ignis. Nūc aūt videm⁹ ꝙ homo nō posset sine maximo tormēto ignē i pte vni⁹ digiti sustinere per vnā horā. quātus ergo erit dolor. quando totus homo ardebit in igne. Vñ in signum istius maximi doloris dicit saluator frequēter in euāgelio. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentium.

¶ Quinto ꝛ vltimo iste pene infernales erūt iutiles ꝛ infructuose. Pena eni p̄ntis vite breuis est/leuis et fructuosa. sed futura est lōgissima ꝛ grauissima/ꝛ ifructuosa. qꝛ si damnat⁹ flendo / tm̄ de lachrymis emitteret/quantū est de aqua in mari nō sufficeret ad lauādū maculā vnius pcti mortalis. Erunt tm̄ intra se penitentiam agentes et preangustia spūs gementes vt dr̄ Sapiētie. v. ꝛ tm̄ infructuose qꝛ in iferno erit stimulus penitētis. nulla tm̄ erit correctio volūtatis Exēplū de sancto patre q̄ orauit ꝓ dyabolo ꝛ respōsione dn̄i/ꝛ obstiatiōe dyaboli. Et hec de penis iferni dicta sufficiant.

¶ De gloria paradisi. Ca. l.

Post tractatū de penis iferni

seq̄tur vltimo videre de glīa padisi. Hec eni ē finis vltime diete. qꝛ finis est oīm desideriorū de qua ad p̄ns tria sūt dicēda. s. Valor inpreciabilis.
Decor inestimabilis ¶ Primo igit
Honor infrāgibilis isti⁹ glīe celestis

est valor imprciabilis. qr dr ysa. lxiiii. Oculus non vi
dit deus/absqz te. que preparasti diligentib⁹ te. Et il-
lud hebre. Prie cor. ii. Ocul⁹ nō vidit/nec auris au-
diuit nec in cor hois ascēdit. q̄ pparauit de⁹ diligētib⁹
se. Valor aūt isti⁹ glīe celestis attēdit: in hoc qꝛ ita ca
re de⁹ vēdit eā suis amicis. Cōstitit eni petro marty-
riū crucis. paulo ꝯstitit decollationē capitis. ē aūt ve-
rissimum ꝛ certū. qꝛ deus non decipiet vnū amicorum
suoꝝ. ꝛ qđ pl⁹ ē. ipe xp̄s emit glīam illā ꝓ amicis sub
tormēto ꝛ ignominia crucis. Est enim certissimum qꝛ
deus pater non decipiet vnigenitum filium suum/in
emendo illud regnum. Cum ergo illud regnū tantū
constitit filio dei ꝛ aliis eius amicis/ certum est qꝛ res
maxima est. ꝛ impreciabilis valoris. Vnde. i. coꝝ. vi.
Empti enim estis precio magno: glorificate ꝛ portate
deum in corpore vestro.
Scđo glīa illa celestis est decoris inestimabilis. Vñ
eccl'iastici. xliii. Pulchritudinē coloris eius. admira-
bil' sensus. Ex duob⁹ potest colligi decor illius regni.
Primo ex decore rerum naturalium inferiorū/ quas
deus vult ita decorare: sicut videm⁹ qꝛ liliū in hyeme
apparet vile. ꝛ postea decoratur in vere et estate. Vñ
dr Mathei. vi. Considerate lilia agri. ꝛc.
Secūdo apparet decor illi⁹ glorie ex rebus artificia-
lib⁹ sicut videmus qꝛ ligna lapides/ et metalla per se
videnť vilia/ꝛ quasi terra. sed efficiuntur per artificem
pulchra et splendida quando sunt pollita ꝛ deaurata
quantum igitur faciet summus artifex/ cuius sapien-
tia est infinita in decorandis amicis suis beatis in illa
celesti gloria. Ideo dr math. vi. Si fenum agri quod
hodie est ꝛ cras in clibanū mittitur de⁹ sic vestit. Q̄to
magis vos modice fidei?

¶ Tercio gloria celestis est honoris insuperabilis. — Quod probatur ex quatuor.

¶ Prio qa oēs sancti erūt reges sue volūtatis oipotētes. vt dicit Anselmus. Ideo dr math. xxv. Venite bñdicti patris mei: pcipite regnū qd vobis paratū est

¶ Scdo qa oēs erunt filii charissimi ꝛ heredes dei ꝛ coheredes xpi. vt dicitur ad Ro. viii.

¶ Tercio qz erūt omēs quasi dñi xps etiam in ppria psona honorabit eos. qa dr Luce. xii. Precinget se. s. xps: ꝛ trāsiens ministrabit illis ꝛ faciet illos discūbere sicut filius regis consueuit in ppria psona seruire: qñ vult multum suos nobiles honorare.

¶ Quarto qz oms erunt dii. sicut dicitur in psal. Ego dixi dii estis/ꝛ filii excelsi oms. Ex hoc quia diuinitas erit in sanctis ex multitudine vel magnitudine dilectionis que transformat amantē in amatum. vt dicit Augustinus. Et philosophus dicit. Vnusquisqz talis est quale est dilectū. Si autem terrā diligis. terra es si autem deū diligis: quid dicā? deus eris. non audeo dicere ex me: sed per scripturā que dicit. Ego dixi dii estis ꝛ filii excelsi omnes.

¶ Item in illa celesti curia considero alia tria. scz Locum summe gloriosum.
Sertū summe speciosum
Fructū summe copiosum

¶ Primo igit in illo celesti regno est locus summe gloriosus. quia quilibet sanctus erit in loco in quo est ipse dei filius. quia dr Joh. xii. Vbi sum ego: illic et minister meus erit.

¶ Scdo in illo celesti regno est sertū speciosū vel corona. qz dr in psal. de quolibet scto. Posuisti in capite eius coronā de lapide pcioso. Iste lapis est margarita illa quam qui inuenit vendit omnia/et emit eam.

vt dr Math.xiii. Et nota q duplex corona sanctorum: scz aurea et aureola. Aurea dr premiũ substantiale qd cõsistit in trib9. s. in visione dei clarissima. in fruitione suauissima. in tentione securissima. De qua dr eccl'ia. xlv. Corona aurea sup mitrã eius q est ornatus põtificũ. Quia oẽs sancti nõ solũ erunt reges oĩpotentes sue volũtatis: sed etiam erunt sacerdotes et põtifices/ offerentes deo semp sacrificiũ laudis. Et iõ dr apo. v. Fecisti nos deo regnum et sacerdotes. Alia corona dr aureola. i. cornula parua. et ista aureola scdz doctores dr quedã gloria accidentalis q debet sanctis ratione opis excellentis. Datur enĩ trib9 generibus operum Datur enĩ virginib9. et hec est florea. Dat martyrib9 et hec est gẽmea. Doctorib9/ et hec est stellea. Aureola florea datur virginib9. qr honore virginitatis floruerunt. Vñ dr in psal. de virgine Vginũ xpo et agno quẽ virgines sequuntur. Gloria et honore coronasti eum. Aureola gẽmea datur martyribus. qr instar lapidis fortissimi et preciosi fuerũt. Vñ dr in psal. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Aureola stellea datur doctorib9. quia celestia docuerũt. Vñ dicit Dañ. xii. Qui docti fuerint: fulgebunt quasi splendor firmamenti. et qui ad iusticiã erudierint multos quasi stelle in ppetuas eternitates. Et de muliere gloriosa dr apo. xii. q erat amicta sole et luna sub pedib9 eius et in capite eius corona stellarum duodecim. Mulier amicta sole ẽ aĩa doctoris iusticie et sapiẽtie diuine q ẽ in caritate. et luna sub pedib9 eius: qr affectiones q p pedes figurantur habent plenã pietatẽ que per lunã intelligit q est valde humida. Corona stellarũ sigãt aureolã doctor. Vñ et erãt stelle duodecim in corona qr duodenari9 nũerus abũdãs est. in quo itelligit q

doctrina sacre scripture est abundātissima oīs iusticie sicut fuit doctrina xp̄i qui fuit doctor doctorꝝ de cuius doctrina dr̄ in math. Nisi abundauerit iusticia vestra plusq̄ scribarꝝ ⁊ phariseorꝝ nō intrabitis in regnū celorꝝ. Peccatores aūt ⁊ reprobi q̄ in mūdicia castitatis nō abūdant vt v̄gines/nec fortes/nec pseuerātes fuerunt in amore xp̄i sicut martyres/ nec veritatē portauerunt in ore vt doctores: aureolā nō hn̄t. Et q² gr̄am dei hic nō habuerūt. idcirco aureolā gl̄iam substātialis p̄mii nō habebunt. ⁊ sic oī corona aurea ⁊ aureola carebūt. q̄d aliud erit nisi qḋ p loco corone et̄ne felicitatis coronabunt̄ corona et̄ne calamitatis. Juxta illud qḋ dr̄ ysa. xxii. Coronās coronabit te tribulatiōe. Tercio in illa celesti gl̄ia bn̄dicta erunt fruct⁹ optimi ⁊ vberrimi. Un̄ nota q̄ in sacra scriptura inueniuntur tres fructus dr̄e. sc₃

Fructus crucis triumphalis.
Fructus gratie spiritalis.
Fruct⁹ gl̄ie īmortalis. ⁊ q̄libꝫ est in quadruplici numero.

¶ Primo igit̄ sunt duodecim fructus crucis ⁊ passionis christi.

¶ Primus fruct⁹ est demonū expectatio: q² abstulit eis totū mūdi principatū. Juxta illḋ qḋ dr̄ Joh. xxii. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras.

¶ Secḋs fructus ē carceris inferni ꝯfractio. Un̄ psal. Attollite portas principes vestras. ⁊c.

¶ Tercius fruct⁹ est mortuorū ⁊ peccatorꝝ suscitatio Un̄ dr̄ prime ad corꝝ. xv. Sicut in adā oēs moriuntur ita ⁊ in christo omnes viuificabuntur.

¶ Quartus fruct⁹ est captiuorū redēptio. Un̄ .i. corꝝ vi. Empti enim estis precio magno: glorificate. ⁊c.

¶ Quintus fruct⁹ est inq̄natorꝝ mūdatio. Un̄ apo .i. Dilexit nos ⁊ lauit nos in sanguine suo.

Sextus fructus ē cecorū illuminatio. Vñ ysa. xxxv. Tunc aperientur oculi cecorum.
Septimus fructus ē tepidorum ꝛ frigidoꝝ calefactio Vñ psal. Non est qui se abscondat a calore eius.
Octauus fructus ē deformium ꝛ turpiū decoratio. vñ in psal. Asperges me dñe ysopo ꝛ mūdabor: lauabis me ꝛ super niuem dealbabor.
Nonus fructus ē sitibūdoꝝ vel sitientiū potatio ꝛ recreatio Joh. vi. Sanguis meus vere ē potus.
Decimus fructus est patris placatio. Vñ hebre. xii. Accessistis ad sanguinis aspsionē meli⁹ clamantē q̄ abel clamauit vindictā Juxta qđ dr gen̄. iiii. Ecce vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de fra. s. iusticiā ꝛ vindictā pcti. Sed sanguis xp̄i clamauit meli⁹ scꝫ mīam. quia peccatores deo patri reconsiliauit.
Undecim⁹ fructus ē ianue paradisi apersio. Vñ gen̄. xxviii. Non est hic ali⁹ nisi dom⁹ dei ꝛ porta celi q̄. scꝫ facta est apta in apertione lateris xp̄i. Eodē nāqꝫ tp̄e aperta ē porta paradisi dño. s. moriēte q̄ clausa fuerat adam preuaricante in hora nona.
Duodecimus fructus ē hereditatis celi acquisitio ꝛ cōfirmatio. qr vt dr math. xxvi. Hic est sanguis noui testamenti. Jn veteri testamento sanguine ꝯferebātur terrena. in sanguie aūt noui testamēti. i. passiōis ꝯfert hereditas eterna. De isto fructu multiplici dr in psal. Et erit. s. crux xp̄i tanq̄ lignū qđ plantatū ē secus decursus aquaꝝ. i. grāꝝ abūdātiā q̄ sine mēsura fuerūt in xp̄o. qđ fructū suū dabit in tēpore suo. i. in tempore mortis sue sacratissime ꝛ benedicte.
Scđo sunt duodecim fructus grē spūalis de quibus dr Gal. v Fructus aūt spūs sunt caritas / gaudium / pax / patiētia / lōganimitas / bonitas / benignitas / mā-

suetudo/fides/modestia/ꝯtinētia/castitas. Et de istis duodecim fructib9 dictū est supius in tractatu de fru-ctibus spūssancti.ideo nichil ad presens addemus.
Tercio sunt duodecim fructus glorie immortalis.
Primus fructus ē sanitas absqꝫ īfirmitate psal. Qui sanat omnes infirmitates tuas.
Scđs fruct9 ē iuuentus sine senectute.vnde psal. Renouabit̄ vt aqle iuuentus tua.i.xp̄i. q2 i etate xp̄i id est.xxxii.annoꝝ semper manebunt sancti.vt dicit ap̄ls Ephe.iiii. Donec occurramus omēs in virū per fectum in mensuram etatis plenitudinis xp̄i.
Tercius fruct9 ē satietas sine fastidio.Vñ psal.Satia bor cum apparuerit gloria tua.
Quartus ē libertas sine seruitute.Vñ Ro.viii. Crea tura liberabit̄ a seruitute corruptōis in libertatē gl̄ie filioꝝ dei. Quint9 fruct9 ē pulchritudo absqꝫ deformi tate.vñ ap̄ls. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue.
Sext9 erit īpassibilitas vel īmortalitas. vñ ysa.xxv. Precipitabit dn̄s mortē in sempiternum.
Septimus erit abundātia sine īdigentia. vñ dr̄ deut̄. viii. Rerum oīm abundantia perfrueris.
Octauus est pax sine perturbatione.
Nonus erit securitas absqꝫ timore. De his duob9 dr̄ ysa.xxxii. Sedebit popul9 meus in pulchritudine pa cis ꝛ in tabernaculis fiducie ꝛ in requie opulenta.
Decimus erit cognitio absqꝫ ignorantia. vnde ap̄ls Prime coꝝ.xiii. Videm9 nūc per speculū in enigma te.tunc autem facie ad faciem.
Undecimus ē gloria sine ignominia.vñ ap̄ls ad Col. iii. Cum xp̄s apparuerit vita vestra. tunc ꝛ vos appa rebitis cum ipso in gloria.

Duodecim⁹ est gaudiū sine tristicia. Sed de isto gau dio nota ꝙ sunt sex cause ꝓcipue quare scti gaudebūt scʒ loci amenitas quā possidebūt iocunda societas in qua regnabūt corporis glorificatio quā habebūt. mū dus quē ꝯtēpserūt. infern⁹ quē euaserūt. Isti enī fru-ctus figurantur ꝑ duodecim fruct⁹ ligni vite qꝺ erat in medio paradisi. vt legiẗ apo. xxii. Fruct⁹ sūme bo-nos det nobis xp̄s qui creauit nos in celo.

Itē in illa celesti gl'ia ꝯsiderāda sunt alia tria multis suspiriis affectanda. s.

Amenissima ciuitas.
Amantissima societas.
Amplissima felicitas.

¶ Prio ergo celestis gl'ia hʒ amenissimā ciuitatē. Vñ psal. Gl'iosa dicta sūt de te: ciuitas dei. Unde nota ꝙ ciuitas ista est glo riosa specialiter in tribus. Habet enim.

Figuram valde speciosam.
Mensuram speciosam
Structurā valde ꝓciosam

¶ Primo igitur ista ciuitas beata est in figura valde speciosa. ē enī in quadrū disposita ⁊ formata vt dr̄ apoc. xxi. Ciuitas in quadrum posita ⁊ quadrata figurat soliditatē ⁊ securitatē illi⁹ regni celestis sicut videm⁹ ꝙ figura quadrata est solidior q̄ꝫ alia figura. Vñ lapides ꝯsueuerunt quadrari. ⁊ postea in edificio collocari. ita etiā sūmus artifex deus lapides suos. i. viros suos ⁊ electos suos ꝯsueuit quadrare quadratu ra virtutū. s. prudētia. tēperantia. fortitudine/ et iusti-cia. ⁊ sic locare in edificio regni celestis.

¶ Scđo ciuitas ista ē i mēsura valde speciosa. vñ di-cit Ber. ꝙ ad litterā quilʒ sanct⁹ i celo empireo habe bit locū suū sibi assignatū ꝓpriū et specialem/ magis spaciosum q̄ꝫ sit ab oriente vsqʒ ad occidentē. De men sura istius ciuitatis dr̄ apo. xxi. ꝙ hʒ stadia duodecim

milia. Stadium est mensura quinquaginta passuum. Quinquagenarius vero numerus ī sacra scriptura re missionē pctōꝝ sigāt. Quia ī quinquagesimo anno q̄ dr iubileus sm̄ legē fiebat remissio debitoꝝ/ꝛ reuerte batur quilibet ad possessiones suas/ꝛ ad terrā patrum suoꝝ: vt dr Leuitici.xxv. Beata ciuitas ista bene mēsu ratur p stadia/q̄ ꝯtinet vt dictū est passus quinquagin ta: qꝛ instar iubilei quinquagesimi anni omibus istius ciuitatis ciuibus p̄mitus pctā dimittunt/ꝛ sic remissis pctis. ad possessionē suā ꝛ hereditatē eternā ad quam erāt vel sunt p̄destinati/faciliter reuertunt. Et iō quilz hō dz esse sollicit⁹ de peccatis suis p pniam delendis qꝛ alias nō posset eē ciuis regni celestis: qꝛ ibidē dr.s. apoc.xxi. q̄ non intrabit in eā aliquid coinquinatum ꝛ faciēs abhominationē ꝛ īmundiciā. Sz valde notan dū ē q̄ stadia sūt duodecim milia. Per numeꝝ duode nariū q̄ est numerus abundās. designatur abundātia meritoꝝ ꝛ bonoꝝ opeꝝ/sine qua nō est aliquis cōciuis ciuiū supnoꝝ: qꝛ dicit saluatoꝛ Mat.v. Nisi habunda-uerit iusticia vr̄a plus q̄ scribarū ꝛ phariseoꝝ. nō intra bitis in regnū celoꝝ. Iusticia phariseoꝝ erat in opere exteriori/nō interiori v̄tute. qꝛ ex timore erat: nō amo re. ꝛ iō erat nimis stricta: sicut videmus q̄ timoꝛ habz coꝛ hōis valde ꝯstrigere/ꝛ amoꝛ dilatare. Vn̄ in psal. dr de v̄tute caritatis. Latū mādatum tuū nimis. per millenariū aūt numerū/q̄ ē vltimus limes ꝛ terminus numeroꝝum. figuratur eleganter illud celeste p̄miū qđ ē finis ꝛ quies omniū desiderioꝝ: vt dicit aug. et in psal. Satiaboꝛ cum apparuerit gloꝛia tua.

¶ Tercio illa ciuitas beatissima ē in structura p̄cio-sissima: qꝛ dr apoc.xxi. q̄ fundamēta muri ciuitatis sūt oī lapide p̄cioso oꝛnata. Ubi notādum ē q̄ duodecim

lapides ꝑciosi nominant̄ ⁊ ponuntur in edificio huius ciuitatis.s.iaspis/saphirus/ calcedonius / smaragdus. sardonix/sardius/crisolitus/berillus/thopassus/ criso passus/iacinctus/ametist⁹. Isti duodecim lapides pre ciosi et fundamentales istius ciuitatis celestis.sigāre possunt duodecim articulos fidei/q̄ ē fundamentū oīs boni ⁊ p̄mii futuri: vt dicit apl̄s Heb.xi. Fides ē sperā darum reꝝ substantia.i.fundamētum eternoꝝ bonoꝝ Uel isti duodecim lapides fundamētales signāt x̄pia tū ꝑfectiōes q̄b⁹ aīa ꝑ grām hic ꝑficit̄/q̄b⁹ etiā celeste p̄miū fabricat̄. Et sicut sunt quatuor ternarii ꝑciosoꝝ lapidū: sic respōdēt eis quatuor trinitates ꝑfectionum Prima trinitas lapidū/ē iaspis/saphirus calcedoni⁹ q̄ signāt fidē/q̄ dꝫ hr̄e preciosam et nobilem trinitatem ¶ Fides nāq3 dꝫ esse viuens nō mortua.⁊ hoc signat iaspis q̄ est viridis coloris. Color enim viridis in her- ba vel plāta vel arbore.signū ē vite.⁊ econuerso signū ē ꝙ vita plante deficit qn̄ viror ei⁹ marcescit: sic qn̄ in homine est viror honestatis ⁊ bone operationis: tunc est maximū signū cordis viuentis: alias enim fides mor tua ē/⁊ informis/nec est fundamentū edificii celestis. Et sicut iaspis fugat fantasmata: sic fides viuens ⁊ vi rens ꝑ bona opera/vitat oīa dyaboli machinamenta. ¶ Fides etiā dꝫ esse celestis/non terrea.i.celestib⁹ bo nis/non de operibus terrenis anxia celestis et diuina non humane rōni inixa. qr dicit Greg. Fides nō habꝫ meritū. vbi humana ratio prebꝫ experimentū. Et hoc signat saphirus qui habet celestem colorē sicut celum serenum. Et sicut nobilis saphirus fugat venenosa et mortificat araneā: sic vera fides venenosis suggestio nibus resistit et culpā in corde occidit/ac de corde ex- pellit. vn̄ dr̄ Actuū.xv. Fide purificans corda eorum

¶ Tercio fides dꝫ esse fortis non infirma ꝯtra pſecutiones ꝛ pericula vniuersa ꝛ dyabolica nocumenta.qꝛ dr.i.petri.v.de dyabolo cui resistite fortes in fide. Et hec signat calcedoniꝰ qui in colore ē pallidus ꝛ omis sculpture repulsiuus.oi nāqꝫ sculpture resistit et nullā recipit:sic qui hꝫ verā fidē vtiqꝫ ꝑ penitentiā est pallidus ꝛ mortificatus.ſꝫ nullā sculpturā extraneam pcti recipit:sed secū cōseruat solā ymaginē dei ad quā est creatus. ¶ Unde nota ꝙ dyabolus in quibusdam non inuenit fidem catholicam vel fortem:in illis sculpit ꝛ format figuram leonis.i.peccatum superbie.
In quibusdam figuram drachonis.i.peccatū inuidie.
In quibusdam figuram canis.i.peccatum ire.
In quibusdam figuram talpe.i.peccatum auaricie.
In quibusdam figuram asini.i.peccatum accidie.
In quibusdam figuram lupi.i.peccatum gule.
In quibusdam figuram vrsi.i.peccatum luxurie.
Contra qđ monet nos apl's Ro.xii. Nolite ꝯformari huic seculo.i.peccatis que fiunt in hoc seculo.

¶ Scđa trinitas lapidū est smaragdus/sardonix/ et sardius.Et isti tres lapides preciosi signant spem que habet similiter nobilem claritatem.Est enim

Spes venie	¶ Spes venie figurat̄ ꝑ smaragdū
Spes gratie	qui colorē habet viridē et gratiosum
Spes glorie:	et curat diuersas infirmitates ꝛ spe=

cialiter morbum caducū.Color viridis ꝛ gratiosus in smaragdo signat virtutē gratie que incipit per spem venie reuiuiscere in viro penitenti ꝛ contrito. Et sicut color smaragdi ē valde gratiosus:sic conuersio peccatoribus ꝑ penitentiā reuiuiscentis ē gratiosa deo ꝛ angelis.Unde dr Luce.xv. Gaudiū est angelis dei suꝑ vno peccatore penitētiam agēte. Et sicut smaragdus

fugat febres ꝛ curat morbum caducum: sic spes venie fugat tentationes ꝛ sanat oē peccatū: q2 vt dr in psal. Non derelinquet oēs qui sperant in eo. Et in ꝓuer. dr Septies in die cadit iustus/et resurget. Septies i die cadit ꝑ ruinam septiformis culpe. s. superbie/ire/auaricie/accidie/gule/inuidie/ꝛ luxurie. ꝛ tamen resurget in virtute ꝛ in efficacia septiformis gratie.

¶ Spes aūt gratie ē qua q̄s nō ɔfidit de viribus propriis nec de diuitiis: sed solum de gratia dei: vt dicit in Leuitico. Maledictus hō qui confidit in hoīe: ꝛ ponit carnē brachiū suū. i. carnalem hominē fortitudinē. Et sequit. Beatus vir q̄ confidit in dn̄o: et est dn̄s fiducia eius. Talis q̄ non solū sperat in oībus bonis ꝛ in malis de sola grā dei: recte figurat per sardonicē. Nam sardonix ē tricolor/in imo niger/in medio candidus/in supremo rubicundus. q2 spes grē facit tria bona in sperāte. Facit eni ima. i. terrena nigrescere ꝛ ɔtēnere/ꝛ ima inferni timere. Facit in medio. i. in corde candidū. i. castū esse. Juxta illud psal. Cor mūdū crea i me deus. Facit etiam i supremo. i. in deo rubescere ꝑ caritatem: ꝛ vino dilectionis dei ꝛ ꝓximi odoriferꝫ esse. vt dr Canti. i. Sup vinū. i. plus q̄ꝫ vinū diligūt te. Et sicut sardonix facit hoīem humilē ꝛ pudicū ꝛ caritatiuum: sic spes diuine grē facit hoīem descendere ꝛ de ꝓpriis meritis non superbire/ꝛ in solo deo sperare. q2 spāliter de presumētibus de se dr i psal. Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum: sed sperauit i multitudine diuitiarꝫ suarum/ꝛ preualuit in vanitate sua.

¶ Spes gl'ie ē certa ꝛ secura expectatio futuri ꝛ eterni boni ꝛ grā ꝛ meritis ꝓueniēs: vt dicit magister sententiarꝫ. Ista gl'ia figuratur ꝑ sardium qui est rubei coloris: eo q2 spes regni celestis fuit martyribus causa

effusionis proprii sanguinis. De quibus dr apoca. vii. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatiōe lauerūt stolas suas in sanguine agni. i. xpi passionis sanguine rubicūdi. Iuxta illud qd dr ysa. lxiii. Quare rubrum est vestimētum tuum: dicit i psona dei patris. i. quare corpus tuum per inocentiam candidum est passionis sanguine cruentatū. Et sicut sardius gaudiū accendit ꝛ timorē expellit ꝛ hoiem audacem reddit. ita ad lram spes glorie accendit in hoie gaudiū spūale ꝛ celeste et expellit timorē mundanū ꝛ humanum et seruilem: qꝛ dr. i. Ioh. iiii. Perfecta caritas foras mittit timorem ꝛ tandē hoiem reddit audacē. s. contra hostium tribulationem ꝛ persecutionē de dño presumentem: vt dicit Iudith. vi. Non derelinquis presumentes de te / et de sua virtute gloriantes humilias.

¶ Tercia trinitas lapidū est crisolitus / berillus / ꝛ thopasius. Isti tres lapides signāt caritatem q̄ hꝫ sibi suam nobilissimā trinitatē. Debet eni caritas hre tria: scꝫ

Speciosam puritatem.
Fructuosam bonitatem.
Candidosam veritatem.

¶ Debet eni caritas eē puritate speciosa vt non sit imunda. bonitate fructuosa / vt nō sit dilectio vana. veritate radiosa / vt non sit dilectio ficta. Istā trinitatē nobilē caritatis describit apls pme thi. i. dicens. Finis precepti est caritas de corde puro / ꝛ ꝯscia bona et fide non ficta. Uirtus enim caritatis (vt dictū est) est speciosissime puritatis. ideo dicit de corde puro. est fructuosissime bonitatis. ideo dr de cōscientia bona. est radiosissime veritatis. ideo dr de fide non ficta.

¶ Primo igitur caritas dꝫ esse puritate speciosa ꝛ de corde puro vt nō solū sit dilectio ipura vel imunda vel coinquinata sine luto cupiditatis. qualis est amor di-

uitiarum temporalium sine fumo vanitatis qualis est amor pomparum secularium. Talis caritas figuratur in crisolito quod est gemma valde nobilis scintillas emittens vt ignis capacissima. quia si iuxta ignem ponatur: citissime inflammatur. Certum est enim quod ignis est purissime virtutis. est enim virtus ignea caritatis instar ignis. quia sicut ignis aufert omnem rubiginem et impuritatem de auro et argento et omni metallo et reddit ipsum purum et lucidum: sic caritatis incendium tollit de corpore humano omnem fetorem peccati et facit ipsum mundum Sicut enim crisolitus est amatiuus et capax ignis. quia iuxta ignem positus statim ad se trahit et rapit ignem: sic cor purum cum appropinquat ad deum qui est ignis consumens secundum apostolum. Heb. xii. Sentiens ignem diuinum: statim ardentissimo desiderio instar crisoliti: rapit et trahit in se diuinam dilectionem. Incorruptio enim facit esse proximum deo vt dicitur sap. vi. Appropinquatio ad deum facit ignem diuinum rapere et trahere ad seipsum. Et ideo saluator noster vt nos posset igne sue caritatis incendere dignatus est nobis appropinquare. Unde dicitur Luce. xii. Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt ardeat?

¶ Secundo caritas debet esse in bonitate fructuosa et conscia bona: vt non sit dilectio inutilis et vacua. quia dicitur. i. Joh. iii. Non diligamus verbo neque lingua: sed opere et veritate. Et Greg. in moralibus. Amor dei nunquam est ociosus: operatur enim magna si est. si autem operari renuit: amor non est. quia probatio dilectionis exhibitio est operis. Iste amor signatur per berillum qui est lapis viridis et aliquantulum pallidus/et in figura sex angulorum est pollitus. quia qui habet caritatem debet ad proximum virere per honestam conuersationem. debet pallescere ad seipsum per carnis mortificationem. Debet etiam sex angulos habere ad pauperem et egenum per compassionem et operum misericordie exhibitionem que sunt in numero senario: vt

dicitur Mathei.xxv. Saluator noster qui est verus iudex qui de ipsis in iudicio habet q̃rere rõnem. Esuriui τ dedisti michi manducare. sitiui τ dedisti michi bibere. nudus eram/τ cooperuistis me. hospes eram τ recepistis me. infirmus fui/τ visitastis me: in carcere fui τ venistis ad me.

¶ Tercio caritas debꝫ eē veritate radiosa/τ fide nõ ficta: vt non sit dilectio simulata aut palliata/sꝫ luminosa: qꝛ dr̃ prime Jo. ii. Qui diligit fratrē suum in lumine manet. qꝛ q̇ caritatē hꝫ. ꝑ exēplum bone ꝯuersationis τ honestatis lucet. Hāc figurā thopasius q̇ in duobus colorib⁹. s. aureo τ ethereo splendet. τ oīm gēmaꝝ superat claritatē/in cōspectu sui prouocat aspicientem Duo colores thopasii signāt dilectionem dei τ ꝓximi Etherus color signat dilectionē dei/τ aureus dilectionem proximi. quia vnus ē color celestis/τ alius terrenus. quia in his duobus tota lex pendet. τ sicut thopasius superat oēm claritatem omnium gemmaꝝ. ita caritas ē maior omnium virtutum. vt dicit apl's ꝗ prime coꝝ. xiii. Et sicut thopasius recipit in se qualitatē oīm gēmaꝝ: sic caritas facit omniū opera virtutū. Quia dr prime coꝝ. xiii. Caritas patiens est. τ ita exercet opus patientie. benigna est. τ ita exercet opus benignitatis τ misericordie. Et sequitur Oīa suffert/oīa credit/oīa sustinet. vñ Prosper dicit ī libro de vita ꝯtēplatiua ꝙ caritas est mens τ anima oīm virtutum. qꝛ ipa ē sicut aīa τ virtutes anime sūt potētie siue funes. qꝛ sicut anima facit oculum videre/aurem audire/pedes ambulare. τ sic de aliis. ita caritas facit oculum mētis ad pauperem aperire/aures diuina p̃cepta audire / et manus opera iusticie exercere. et ita de oībus aliis bonis que caritas tanꝙ sibi propria vult omnia adimplere.

¶ Quarta trinitas lapidū pciosoꝝ est crisopassius/iacinctus/ꝛ ametistus. Ista trinitas lapidū sigāt iusticiā ꝛ equitatē gnalem q̄ splēdor est oīs ṽtutis/ex qua oēs viri boni oīa bona nominant: vt dicit tulliꝰ de officiis libro.iii. Ista sitr hꝫ quandā nobilitatē. Cum enim iusticia sit virtꝰ vnicuiqꝫ reddēs qđ suum est: vt ait Ambrosius libro de officiis. Justicia est virtus vnicuiqꝫ qđ suū est reddēs. Reddit igitur omnis homo ꝑ iusticiā.

Sibiipsi ꝯtinentiam
Proximo amicitiā
Deo honorificentiā

¶ Primo iusticia reddens hoī ꝯtinētiā significatur per crisopassium qui est lapis igneus de nocte/ꝛ aureꝰ de die. in quo significat ꝯtinētia viri iusti/quo semꝑ ē splēdens. siue in aduersitate tentationum q̄ figurat per noctē/siue in ꝓsperitate deliciarū q̄ significat per diē. Nā istis duobus precipue ꝯtinentia vel castitas impugnatur. scꝫ tentationibus hostis/ꝛ fomētatione carnis. Nā plures vincunt in prosperitate deliciaꝝ q̄ in aduersitate tētationū. iuxta qđ dr̄ i psal. Cadent a latere tuo mile. ꝛ decem milia a dextris tuis Latus antē sinistrū sigāt tentationes dyaboli. dextrū ṽo sigāt delicias mundi. Pauciores igit sunt q̄ cadūt aduersitate tentatiōis/et plures q̄ labunt in tp̄alibus abundātiis. Bene aūt ē iusticia instar crisopassii ignea ꝛ aurea: qꝛ ad custodiā castitatis occurrit iusticia duobus modis. s. recte ascendendo ad celū sicut ignis ꝯsiderādo bona celestia ꝛ eterna. ne forte illa ꝑ momētaneam luxurie delectationē amittat. In persona talis dr̄ in psal. Dn̄e quis habitabit in tabernaculo tuo. aut q̄s requiescet in mōte sancto tuo? et rn̄det. Qui ingreditur sine macula ꝛ operat iusticiā. nullū opꝰ videt maiꝰ esse iusticia/que delectationi momentanee bona celestia ꝛ eterna p̄fert. Occurrit etiā vir iustus custodie ca

stitatis instar auri quod est ponderosissimũ/quãdo re
ctissime ꝛ velociter descẽdit ad centrũ.i. ad infernum
ꝯsiderando ne forte delectatione momentanea ꝛ mo
dica.icurrat eterna supplicia.qꝛ dr Greg. Mometa-
neum est qđ delectat.sed eternũ qđ cruciat. Ita descẽ
debat ad ifernũ ezechias.vt dr ysa.xxxviii. Ego dixi
in dimidio dierũ meoꝝ:vadã ad portas inferi. Optie
nãqꝫ ꝯsuluit ꝑ dimidio dierũ suoꝝ:ꝙ hõ vadat ad ifer
nũ in dimidio vite sue.i.dũ est iuuenis ꝛ sanꝰ et hoc ꝑ
diligentem considerationem. vt postea non descẽdat
in fine vite sue per eternam dampnationem.
Scđo iusticia reddens ꝓximo suo amiciciam signat
per iacinctum ꝗ est lapis ꝓciosus hñs colorẽ ceruseũ
quasi celum. Iste lapis format se aeri. Vñ i nubilo est
nubilꝰ in sereno est serenus. Color celicꝰ vel ceruleus
in iacincto sigñat diuinũ amorẽ ꝛ celestẽ per desideriũ
in viro iusto.qꝛ amicicia que ipendit ꝓximo.debet ra
dicari in celo.i.in amore diuino. iuxta qđ dicit apls.
Ephe.iii. In caritate radicati ꝛ fundati.qꝛ vt ait Gre.
Ille caritatem veraciter hꝫ. qui et amicum diligit in
deũ.ꝛ iimicũ diligit ꝓpter deũ. Bene aũt iacinctꝰ ẽ in
nubilo nubilus/ꝛ in sereno serenus.qꝛ vir iustus semꝑ
vult gaudere cum gaudẽtibus ꝛ flere cum flentibus.
vt dicitur ad Ro.xii.
Tercio iusticia reddens honorificentiã deo signatur
per ametistũ qui inter oẽs gẽmas purpureas obtinet
principatum. sic ꝛ iusticia est preclarissima ṽtutum:vt
ait phũs in ethicis libro.v. Ametistꝰ ẽ etiã ex colore
purpureo ꝛ violaceo ꝑmixtus/et flamas ex se emittit
qꝛ vir iustus ꝗ vult deum honorare.dꝫ hñe tria:dꝫ esse
instar ametisti purpureus sicut rosa.i. iocũdus in lau
de diuina. Qꝛ rectos decet collaudatio. vt dr in psal.

Debet etiã esse violaceus. s. sentire modica de seipso ꝛ magna de deo. vt dicit saluatoꝛ Luce. xvii. Cũ omia benefeceritis: dicite/serui inutiles sum⁹ qđ debuimus facere nõ fecim⁹. Dꝫ etiã vir iustus esse flameus/sicut helyas qui erat quasi ignis. cuius verbuꝫ sicut facula ardebat. vt dr̃ Ecclesiastici. xlviii. De cuius zelo flammeo dr̃ Tercii regũ. xix. zelo zelatus sum ꝑ dño deo exercitium. ꝛ hoc est propꝛium opus iusticie. s. pro diuino amoꝛe zelare.

¶ Scđo illa gloꝛia celestis habet amantissimã societatẽ. qꝛ sancti coꝛã deo semꝑ faciunt choꝛeã omni iocũditate plenã. Vñ nota ꝙ in illa celesti choꝛea vel ballata sunt tria deuotissime consideranda. scꝫ

Innumerabilis cetus.
Iterminabilis circuit⁹
Inestimabilis cantus

Uere beata est illa choꝛea cui⁹ cetus ĩfinitus/ cui⁹ circuitus eternitas/cuius cantus felicitas.

Primo igit̃ in illa celesti choꝛea est cet⁹ vel exercitus infinitus. i. nõ nobis. sꝫ soli deo cognit⁹. Ibi eni ẽ rex xp̃s tanꝙ monarcha p̃cipuus / ꝛ cesar august⁹ ibi eni est regina cũ puellis. i. v̾go v̾ginũ. s. maria cũ virginibus sc̃is. Ibi sũt ãgeli tãꝙ nobilissimi regis domicelli. Ibi sunt p̃friarche ꝛ ꝓphete sicut collaterales et regis ꝯsiliarii. qb⁹ tãꝙ senioꝛib⁹ ꝛ exꝑtis reuelat ministeriũ ꝯsistoꝛii sui. Ibi sunt apl̃i tanꝙ regis senescali habẽtes plenitudinẽ ptãtis. qꝛ rex reputat factũ qđ ipi faciũt sibi factũ. Ibi sũt martyres sicut strenuissimi regis milites/q̃ ꝑ fidẽ vicerũt tria regna. s. mũdi carnis/ꝛ dyaboli. Ibi sunt sc̃i põtifices ꝯfessoꝛes ꝛ doctores. sicut videmus ꝙ rex nobilis ꝛ illustris qualis est rex regũ ꝛ dñs dñantiũ/ nõ solũ hꝫ milites in aula sed clericos ĩ capella celebrãtes p̃dicãtes ꝛ oꝛãtes. ad ce

lebrandū hȝ sanctos pōtifices.ad p̄dicandū ⁊ scriben
dum sctōs doctores.ad orandū ⁊ psallēdum hȝ sctōs
anachoritas ⁊ alios ꝯfessores. Ultimo sunt ibi alii san
cti ⁊ fideles inumerabiles. de quibus omibus dr̄ apo.
vii. Uidi turbā magnā quā dinūerare nemo poterat
ex oibus gētibꝰ populis ⁊ linguis: stātes ante thronū
agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum.
Ubi p ordinē notant̄ quīqȝ laudes ⁊ p̄uilegia btōꝝ. s.

Predestinatio ab et̄no
Iustificatio a peccato
Contemplatio deuota
Conuersatio honesta
Operatio fructuosa

Predestinatio sempit̄na vel et̄na in nūero īfinito qꝛ turbā illā magnā nemo dinūerare poterat Electoꝝ nāqȝ nūerꝰ ē nobis ignotꝰ ⁊ soli deo agnitus. qꝛ ipse solus scit numerum qꝛ vt dr̄ scd̄e ad thi.ii. Nouit dn̄s qui sunt eius.

Scd̄o notat̄ iustificatio īterna in illis quatuor/scȝ gētibus/tribubꝰ/populis/⁊ linguis: de quibus electi sūt vocati. In quibus monstrant̄ quatuor peccatorū differentie: a quibus sunt per dei gratiam iustificati.

Ita ꝙ per gentes designat̄ peccatū luxurie: qd̄ in gētibus ydolatris regnauit precipue. vt ait ap̄ls Ro.i. Per tribubus designat̄ peccatū auaricie qd̄ ī tribubꝰ iacob regnauit valde. qd̄ pȝ: qꝛ pro terrenis seruierūt ⁊ terrena in promissione acceperunt. vt dicitur ysa.i. Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre comedetis. ⁊ qd̄ plus est tn̄ cupidi ⁊ auari fuerunt: ꝙ ne terrena perderēt xp̄m occiderūt. vt dr̄ Ioh.xi. Per populos designat̄ peccatuȝ superbie. quia populꝰ (vt dicit aug) est collectio ciuitatis q̄ iuxta sn̄iam xp̄i monstrat sup̄biā vt ptȝ de illo qui noluit venire vocatus ad cenam qui emerat villā Luce.xiiii. Et videmus ꝙ populꝰ id est habitatores ciuitatis populose melius ꝯsueuerunt

resistere/meli⁹ acquirere/ꝛ magis esse supbi ꝛ ꝑposit.
Per linguas signatur peccatum lingue.
Contemplatio deuota monstrat̄ in hoc ꝙ statuit ante thronum.qꝛ contẽplant̄ ante deum cogitãtes assidue qualiter oportet venire ad iudiciũ suũ. Juxta qđ dicit apostolus scđe coꝝ.v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi
Conuersatio honesta notatur per hoc ꝙ amicti sunt stolis albis.i.vestibus candide cõuersationis . Juxta qđ dr̄ Canti.v.Dilectus meus cãdidus ꝛ rubicũdus. Candidus honestate/rubicundus caritate.
Operatio fructuosa signat̄ per hoc ꝙ palme erant in manib⁹ eoꝝ. Palme nãqꝫ que portãtur in manibus electoꝝ signãt fruct⁹ bonoꝝ operũ.fm qđ dr̄ Cã.iiii. Ascendam in palmam ꝛ apprehendam fructus eius.
Scđo in illa celesti chorea est ꝯsiderãdus interminabilis circuit⁹.qꝛ semꝑ erit in beatis ĩgressus ꝛ egress⁹ ꝛ regressus:ingressus ad intuitũ diuinitatis.egressus ad aspectũ humanitatis nostri saluatoris.vt habetur Joh.xvi.Et sicut in aliis choreis est vnus ducẽs totã choreã:ita xp̃s est ꝛ erit ille chorealis ductor ducẽs et ꝑcedẽs illã societatẽ beatissimã. Et ideo apo.vii.dr̄ ꝙ agn⁹ q̄ in medio throni est reget eos:ꝛ alii sequẽtur agnũ quocũqꝫ ierit Apo.xiiii. ¶ Sed sciendũ est ꝙ illa beata chorea nõ vadit ad sinistrã partẽ sicut chorea mũdi:in signũ ꝙ ẽ ꝛ vadit ad sinistrã ĩferni. ſꝫ ista semꝑ vadit ad dexterã partẽ:ĩ signũ ꝙ est ad dexterã dei.qꝛ ad sinistrã ponẽtur reprobi/ꝛ ad dexteram ponẽtur electi.vt dr̄ math.xxv.Propter qđ dr̄ ꝓuer.iiii Vias q̃ ad dexteris sunt nouit.i.approbat deus q̃ aũt a sinistris sunt peruerse sunt.
Tercio in illa celesti chorea est ꝯsiderãdus ĩextermi-

nabilis cantus ⁊ admirabilis. Et ideo nota quod sicut xp̄s precedit gressu: ita precedet cantu. Et primo cantabit sue virgini matri dicens. Quid michi et tibi mulier? Jo.ii. quasi diceret. Michi ⁊ diuinitas ⁊ humanitas ⁊ tibi est virginitas ⁊ fecunditas. Michi diuinitas ⁊ hūanitas. quia deus sum ⁊ hō. ⁊ tibi fecunditas ⁊ virginitas quia mater es ⁊ virgo. michi diuinitas ex virgine patre ⁊ humanitas ex virgine matre. tibi virginitas sine labe ⁊ fecūditas sine semine. Ad hec maria tanquam dulcis tympanistria rn̄det dulcissimā cantilenā Luce.i. Magnificat anima mea dn̄m. ⁊ exultauit sp̄us meus. ⁊c.

¶ Scd̄o xp̄s cātabit angelicis spiritibus cantū qui scribitur in psal. Benedicite angeli potētes virtute faciētes verbum eius ad annūciādum vocem sermonū eius Vos qui estis angeli. i. nuncii discurrentes. vos qui estis potētes virtutes. i. mirabilia operantes qui facitis verbum meū. i. meis imperiis obedientes ⁊ alios obedire faciētes. Ad hūc cantū xp̄i respōdent sancti angeli cantilenā que scribitur apo. vii. Benedictio ⁊ claritas ⁊ sapientia ⁊ gr̄arū actio honor virtus ⁊ fortitudo deo nr̄o in secula seculorū amē. Tibi xp̄e sit bn̄dictio in incarnatiōe. claritas in natiuitate. sapiētia in predicatiōe. gr̄arū actio in redemptione passione ⁊ morte. honor in resurrectione virtus in ascensione. fortitudo in iudicii consummatiōe

¶ Tercio xp̄s cātabit patriarchis ⁊ prophetis cātilenā quā cātauit moysi in visione rubi. Deus abrahā: deus ysaac: ⁊ deus iacob: deus patrū nr̄orū misit me ad vos. Hoc nomē est michi in eternū. ⁊ hoc memoriale meū in generatione ⁊ generationē. Xp̄s enim ad sanctos patres ⁊ patriarchas ⁊ prophetas specialiter fuit missus. quia de semine electo. s. sanctorum patriarcharum ⁊ sp̄ussancti operatiōe ex maria virgine natus. ⁊ quia sanctis prophetis eius aduentus fuit

singulariter reuelat⁹. Uel potius cātet eis canticū illō gratiosum ꝗ scriptus est Exo. xx. Uos ipsi vidistis ꝗd fecerim egyptiis/quō portauerim vos sup alas aquilarum. Et sequit. Uos eritis michi regnū sacerdotale ⁊ gens sctā. Uos eni submersis egyptiis .i. mūdi amatorib⁹ in mari rubro .i. in pctō ⁊ tādē in īferno ad terrā pmissionis .i. ad hāc terrā viuentiū pmissam adduxi Et ista cātilena spāliter est pphetaꝝ ⁊ sup alas aqlaꝝ vos portaui .i. in pēnis ꝯtēplationis angelice vos eleuaui ad speculandū aduētum meū ⁊ oīa misteria gr̄e ⁊ hec cātilena est spāliter pphetaꝝ. Et eritis michi in regnū sacerdotale. qꝛ a patrib⁹ xp̄s descēdit in v̄gine maria que fuit de tribu sacerdotali ⁊ regia. ꝗa pater dn̄e nostre: scʒ Joachim fuit de tribu iuda. ⁊ mater ei⁹ Anna fuit de tribu leuitica. vt patet in hystoria. ⁊ hec est cantilena cōis patriarcharū. Et qꝛ patriarche fuerūt reges ⁊ duces: sicut patet in dauid ⁊ filiis suis prophete vero fuerunt sacerdotes sicut samuel/zacharias iohannes bapti. Ad istud canticū gratiosū ⁊ gl̄iosum rn̄dent sctī patriarche ⁊ pphete istud cāticū qꝺ scriptū est apo. v. vbi dr̄ ꝙ quattuor aīalia ⁊ vigintiquattuor seniores cantabant canticū nouū dicētes. Dignus es dn̄e accipere librū ⁊ soluere signacula eius. qm̄ occisus es ⁊ redemisti nos in sanguine tuo. Et sequitur. ⁊ fecisti nos deo nostro regnum ⁊ sacerdotes. Tu dn̄e solus dignus es aperire librū dei patris scriptū per spiritū sanctum in pergameno virgineo tue carnis. Tu enim aperuisti septem signacula libri/de virgine carnē assumendo/⁊ de virgine nascēdo / ⁊ in cruce p nobis moriendo/⁊ ad infernū descendendo / ⁊ a mortuis resurgendo/⁊ ad celū ascendēdo/⁊ ad iudicium veniendo. De istis septem articulis tue hūanitatis manifestasti

nobis archanum tue diuine miserationis. scz ministerium humane redemptionis. Et ideo sequitur in cantilena. quoniam occisus est/ et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes. Regnum/ quia fecisti nos obedire preceptis tuis. sicut regnum obseruat dicta regis et sacerdotes. quia in mundo fecisti nos offerre sacrificium spiritus tribulati et nunc in celo sacrificium perpetue laudis pro beneficiis tuis immolamus tibi.

¶ Quarto saluator cantat sanctis apostolis illam dulcissimam cantilenam que scripta est Luce.xxii. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis / et ego dispono vobis regnum. sicut pater meus disposuit michi regnum. vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. et sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Vos estis/ non serui sed amici mei. et ego vester socius. Vos discipuli mei estis et ego magister pedagogus. Vos fratres mei / et ego vester caritate germanus. quia fuistis participes tribulationis mee. do vobis triplicem dignitatem glorie superne. Facio enim vos reges omnipotentes celestes et hoc est quod dicit. Dispono vobis regnum sicut disposuit michi pater meus regnum: vos per gratiam non per naturam. Facio vos conuiuas celestis mense vbi humanitas est cibus et deitas est potus et hoc est quod dicit vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Facio vos nichilominus iudices celestis curie. Unde sequitur. sedebitis super sedes duodecim iudicantes. i. diuinum iudicium approbantes sicut eterni consistorii assessores iudicantes xii. tribus israel. i. vniuersam multitudinem fidelium: quia infideles iam iudicati sunt: vt dicitur Jo.iii. Qui signantur etiam per numerum xii. tribuum israel que solum coluerunt vnum deum. Ad hanc cantilenam respondebunt sancti apostoli cantilenam que scripta est Jo.vi.

quam ꝑ omnib⁹ cantauit petrus dicēs. Dñe ad quem ibimus. verba vite eterne habes ⁊ nos credimus ⁊ cognoscimus qꝛ tu es xp̄s filius dei viui. Credimus in xp̄o ⁊ radio fidei merito/ ⁊ cognoscim⁹ claritatem visionis in celo. qꝛ tu es xp̄s. i. vnctus oleo diuine miserationis balsamo odorifere ꝯuersatiōis crismate dignissime ꝯsecrationis. regie scꝫ sacerdotalis. filius dei in potestate eternitate ⁊ maiestate deo patri ⁊ equalis Quinto xp̄s rex noster cātat sctīs martirib⁹ cātilenā illā q̄ scripta est Math. v. Beati q̄ ꝑsecutionē patiunt ꝓpter iusticiā. qm̄ ipoꝝ̄ est regnū celoꝝ quasi diceret sctīs martiribus graue fuit martirii pōdus q̄ ꝑsecutionem passi estis. Dignus fuit martirii titulus. qꝛ ꝓpter iusticiā. nō ꝓpter culpā sustinuistis. ⁊ iō magnus fuit martirii fruct⁹. qm̄ vestrū ē regnū celoꝝ. Ad hāc cantilenā respōdēt martires gl̄iosi. ⁊ dicūt cantilenā quā in ꝑsona ipoꝝ martirum dicit ap̄ls. ii. Thi. ii. Et si cōmortui sumus ⁊ cōuenimus. si sustinuimus ⁊ cōregnabimus quasi diceret. Labor noster est modice passionis. sed magnus est fructus diuine fruitionis. qꝛ non sunt condigne passiones hui⁹ tp̄is ad futuram gloriā que reuelabitur in nobis. vt dicit ap̄ls. Ro. viii. Sexto xp̄s cātat sctīs pōtificibus ⁊ doctoribus ⁊ aliis confessoribus ⁊ primo sctīs pōtificib⁹ cātilenā q̄ scripta est. i. petri. ii. Uos autē gen⁹ electū/ regale sacerdotiū/ gens sctā/ popul⁹ acq̄sitionis. Genus electum per predestinationē. regale sacerdotium / per subditorum ꝓtectionē gens sctā/ ꝑ ⱱtutē ꝑfectionē pp̄ls acq̄sitionis ꝑ exēploꝝ edificationē/ ⁊ diligentiam pastoralem ¶Postea sanctis doctorib⁹ xp̄s cātat illud qḋ scriptū ē math. v. Uos estis sal terre. Nā sic sal est sapor oīm saporū. sic expositio catholica doctoꝝ ē quasi ꝯdimentū

sacrorũ eloquiorꝝ.ꝛ sicut oĩa cibaria sine sale sunt isipida: sic ꝟba sacre scripture/maxime legalia sacramenta sine catholica expõe doctorꝝ/videntᷣ simplicibus nõ esse multũ fructuosa. Et sicut sal cõseruat carnes a putrefactiõe vermiũ: sic doctrina ꝛ expõ doctorꝝ cõseruat carnales hoies a corruptione pctõꝝ. Vñ ꝓpter ista Ꝺꝛ collo.iiii. sermo vester semper sit sale conditus.

¶ Septimo xp̃s cãtat oibus sanctis monachis ꝛ anachoritis.i.solitariis/ꝛ oibus aliis ꝯfessorib⁹ cantũ illũ q̃ scriptus est ibidẽ Math.v. Vos estis lux mundi. sol Ꝺꝛ lux mũdi ad litterã.ꝛ scti ꝯfessores dicunᷣ lux mundi ꝑ figurã.s.instar solis mundi illuminãtes splẽdore honestatis. instar solis mũdum inflãmantes / feruore caritatis. instar solis mundum superãtes. q̃titate virtutis. Nã ſm astrologos/sol ẽ octies maior q̃ terra sic scti viri mũdanos excedunt octies ꝟtute ꝛ grã.i.octo beatitudinib⁹ vel ꝟtutibus quas xp̃s docuit ĩ schola sua tanq̃ in sua ꝓma lectõe. dicens. Beati paupes spũ Math.v. Iste nãqꝫ octo beatitudines sunt quedã grẽ ꝓsentes in qb⁹ viri sancti superãt hoies mundanos et carnales. Ad istã beatã cãtilenã oẽs vnanimiter põtifices ꝛ alii doctores xp̃o respõdẽt cãticũ illũ dulcissimũ qui scriptus ẽ in psal. Transiuimus ꝑ ignem ꝛ aquam per ignẽ/fortes in aduersis. ꝑ aquã humiles in ꝓsperis.ꝛ eduxisti nos in refrigeriũ felicitatis: sicut ꝑ miserias. Unde saluator Math.xi. Venite ad me oẽs qui laboratis ꝛ onerati estis. iugo preceptorꝝ meorꝝ/et ego reficiam vos plenitudine celestium gaudiorum.

¶ Octauo cãtat xp̃s ꝟginib⁹ cantilenã illã q̃ scripta est sapiẽtie.iiii. O q̃ pulchra est casta gñatio cũ claritate. casta gñatio dicitur pudicicia virginalis/ꝯtinentia vidualis/temperantia cõiugalis. Istis tribus triplex

claritas correspondet. Nam virgines habent claritatē incorruptiōis/ et aureole. vidue claritatē deuotionis in terne. cōiuges claritatē successionis benigne. et omēs pariter habent claritatem odorifere fame/ et opinionis bone. Ad hāc cantilenā virgines et ptinētes respōdent illud canticū dulcissimum qđ scriptum est Canticorum .i. Oleum effusum nomē tuū. iđ adolescētule dilexerunt te nimis. Nimis dr ppter ariditatē ptinentie. qr vt dr sapiē. viii. Scio qm aliter non possum esse continens nisi deus det. Et ideo dr apoc. xiiii. Qr nemo poterat dicere canticū illud: scz virginale/ nisi illa centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra. Numerus centenarius. cōpetit virginibus qbus datur fructus cētesimus. vt dr Luce. viii. Quadragenarius cōpetit viduis. quia quadraginta signa statum penitentium. ideo tā moyses qp helyas/ quā xps/ quadraginta diebus/ et quadraginta noctibus ieiunauerunt. Quatuor ppetunt cōiugatis castitatem amātibus. quia fm doctrinā quatuor euangelistarum obseruare conātur cōiugalē thorū. iuxta illud apostoli Heb. xiii. Honorabile pnubiū in oībus. et thorus īmaculatus. Millenarius vero ppetit omibus ptinētib9: qr per millenariū q̄ est limes et termin9 omniū numerorum: signatur celeste gaudiū qđ ē finis oīm desideriorum. vt dr in psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

¶ Ultimo xps cātabit cōiter omnib9 sanctis illā dulcissimā cātilenā q̄ scripta ē. Mat. xxv. Uenite bn̄dicti pr̄is mei. pcipite regnū qđ vobis paratū ē ab origine mūdi. Uenite benedicti pr̄is mei/ p gr̄e adoptionē/ per quam estis filii et fratres mei. Qr ait apl's Ro. viii. Si filii et heredes. heredes quidē dei. coheredes aut xp̄i qđ vobis paratū ē ab origine mūdi. per eternā prede-

stinationem per quā estis eterna placentia electi. Ad istā cantilenā xpi respōdebit altissime tot⁹ chorus vel chorea vel ballata sctōꝝ illum cātū qui scribitur .i.thi. pmo. Regi seculoꝝ īmortali inuisibili soli deo honor ꝛ glīa in secula seculoꝝ amen. Tibi inq̄ dn̄e q̄ es oīm seculoꝝ ꝓ nobis tn̄ humiliatus.tu īmortalis qui pro nobis in cruce es mortu⁹.tu inuisibilis qꝛ tn̄ nobis visibilis.tu solus sanctus in maiestate:nobis tn̄ misericorditer associatus. tu es omīpotens : ꝓ nobis tamen homo factus es.tibi inq̄ honor ex creatione/gloria et redēptione in secula seculoꝝ ex eterna saluatiōe.amē ex omniū ꝓmissoꝝ tuorum certissima adimpletione. Tandē omnes sancti dicent alter ad alterū illū sacratissimum hymnū ꝛ trisagiū gloriosum.quod scribitur in ysaia. Sanctus/sanctus/sanctus dn̄s deus sabaoth vel exercituū.pleni sunt celi ꝛ terra gloria eius. Cuius est tanta virtus q̄ qui dicit illum a morte subitanea ꝛ fulgure ꝛ omnibus tribulationibus est securus . vt ait Damascenus libro .iii. Propter qd̄ statuit sancta synodus calcedonēsis quarta/hoc trisagiū sancte trinitatis a fidelib⁹ dici ꝯ oēs stellionat⁹.i.minas diuinas vt ait Damascenus ibidem.s. Agyos/otheos/sanctus deus.agyos yskyros sanct⁹ fortis.agyos athanatos eleyson/ymas.sanctus ꝛ immortalis miserere nobis. In quo trisagio sancti faciunt spāliter tria.s.trinitatē ꝯfitētur in vna essentia dicentes.sanctus/sanctus/sanctus.potestatem et iudicia admirantur dicentes . dn̄s deus exercituū pietatē ꝛ bn̄ficia venerātur addentes plena est omnis terra tā viuentiū q̄ morientiū.gloria eius.i.misericordia eius.in qua deus p̄cipue ostēditur gloriosius.vt exponit glosa Ro.iii . Omnes enī peccauerunt et egent gloria dei que est infinita . Ad quam

gloriā nos perducat ꝛ participes efficiat ductor illius
choree Jesus virginis filius qui cum deo patre ꝛ spūi
sancto vni soli deo viuo et vero est honor / imperium/
maiestas per infinita seculorum secula. Amen.

¶ Dñica prima aduentus.

Abiiciam⁹ opera tenebraꝝ et

induamur arma lucis. Ro. xiii. In aduentu magni regis ꝛ principis expiātur sordes ꝛ parātur vestes. Et iō apl's in his verbis ꝑ hunc modū propter summi regis aduentum ad faciendū hec duo spāliter nos inuitat. Primo ad vicioꝝ sordes expurgandas cū dicit. Abiiciamus opera tenebrarū. Secundo ad virtutū vestes preparandas cum addit/et induamur arma lucis.
Primo igit̄ debem⁹ expurgare sordes vicioꝝ. ꝛ ꝓpter tria q̄ sunt ī pctō. Reqre ī materia de pctō ī cōi. fo. iiii.
Secundo debemus vestes virtutum preparare. et specialiter vestem caritatis: sicut videmus ꝙ vestis nobilior portatur in festis precipuis. De hac veste. quere in materia de caritate. fo. lvi.

¶ Dñica secunda aduentus.

Deus autē spei repleat vos oī

gaudio. Ro. xv. Qm̄ a viris spūalibus sunt debiles sustinendi ꝛ tristes ꝯsolandi. idcirco apl's in verbis ꝓpositis duo facit. Primo enī ꝓmittit debilib⁹ sustētationem cum dicit. Deus autē spei. Scđo tristibus ꝯsolatione̅ cū addit/repleat vos omni gaudio. psal. spera in dño. sequitur/et pasceris in diuitiis eius.
Primo dico ꝙ spiritualis sustentatio est virtute spei. quere in materia de spe. fo. lii.
Secundo spūalis ꝯsolatio est in gaudio virtutis. Vñ

virtus pparatur paradiso.q̄re ī materia de v̄tute ī cōi fo.lii. ¶ Dn̄ica.iii.aduentus.

Modestia vestra nota sit oib⁹

hoībus:dn̄s ,ppe est.phil'.iiii.Rege p̄sente cōsueuerūt domicelli ꝛ milites multū alacriter ꝛ honeste incedere Jdeo apl's preuidens regis eterni p̄sentiā ,ppinquā: ad conuersationē honestā in verbis ,ppositis nos hortatur.ꝛ s̄m hoc in verbis istis duo facit.

Primo eni hortatur nos ad cōuersationis honestatē cū dicit Modestia v̄ra nota sit omnibus hominibus. Sc'do ostēdit ꝯuersationis cām cū addit.dn̄s ,ppe est.

Primo igitur forma cōuersationis cōsistit specialiter in mansuetudine vel mititate.Require in materia de mititate ꝛ mansuetudine.fo.lxxxiii.

Secūdo virtus sp̄ualis ꝯuersatōis ꝛ orōnis castitatis ꝛ pietatis:faciūt ,ppīnquā dei p̄ntiam.q̄re ī materia de castitate orone ꝛ pietate.fo.xlix.et.xxv.ꝛ.lxxxvi.

¶ Dn̄ica quarta aduentus.

Nolite ante tempus iudicare

quo adusq3 veniat dn̄s.Prime cor.iiii.Dicit lex īperatoris q̄ aduenīēte p̄side cessat inferior ptās.Jō apl's ꝯsiderans aduētū eterni iudicis duo facit in his v̄bis.

Primo nāq3 reprimit inuidiā iniquā dicens.Nolite ante tempus iudicare.

Secundo predicit saluatoris iusticiam futuram:cum dicit quousq3 veniat dominus.

Primo igitur reprimitur īuidia propter tria.quere in materia de inuidia.fo.vii.

Sc'do predicit cā iudicis s̄nīa.q̄re ī materia de iudicio futuro.fo.c. ¶ Dn̄ica infra oct.natiuitatis.

Itaq; iã nõ est seruus sed fili⁹
q̃ sit filius ⁊ heres per deũ. Ad gal. iiii. Magnus d; magna donare. Uñ apostolus in his verbis describit saluatoris magnificentiam. et ſm hoc facit tria.
Coruo q̃ cadauera semper amat.
Fatuo bellatori qui hostem non fugit.
Luxuria cõparat sagene de qua nullus piscis euadit.
Igni greco quã aqua non extinguit.
Equo qui non freno regitur nec calcaribus stimulatur.
Luxuria cõparat Naui que nec a nauta ducitur / nec gubernaculo gubernatur.
Luto et stercori in quo porcus et iumenta fouentur.
Hoĩem ducit ad maximã paupertatem.
Dãna luxurie Hoĩem ducit in pessimam seruitutem.
Hoĩem ꝓiicit in miserrimã vilitatem.
Hoĩem turpiter infatuat.
Dãna luxurie Hoĩem acriter mortificat.
Hoĩem fortiter illaqueat.
Fornicatio Adulterium.
Filie luxurie Stuprum Incestus.
Peccatum contra naturam.

Diuisiones decimi capituli.

Sicut aqua ꝯ canes q̃tum ad ꝯtritionem
Peniten sicut clamor ꝯ fures q̃tum ad cõfessionem
tia est. sicut arma ꝯ hostes q̃tũ ad satisfactionẽ.

	Turbatiua instar maris.
Penitentia est	Accensiua instar ignis.
	Conclusiua instar sepis.
	Discrete imponenda.
Penitentia est	Deuote assumenda.
	Perfecte adimplenda.
	Fugit dyabolum.
Penitens	Sequitur christum.
	Spernit mundum.
	Appetit celum.

Diuisiões vndecimi capituli.

	Morosa ⁊ attenta non perfunctoria
	Solitaria/non publica.
	Integra/non diminuta.
Cōtritio dꝫ esse	Ordinata/non confusa.
	Propria/non aliena.
	Gemebunda/non leta.
	Intima/non simulata.

Diuisiões duodecimi capitu.

	Festinata/accelerata.
	Humilis/et veneranda.
	Apperta/non palliata.
Cōfessio dꝫ esse	Vera/non ficta.
	Integra/non diminuta.
	Flebilis/⁊ lachrymosa.
	Obediens/et prompta.
	Peccati proprii.
Cōfessio triplex	Laudis dei.
	Recte fidei.

Diuisiões tercii decimi capi.

	Abstinentia a peccato/loco diete
	Aliene rei restitutio/loco fleubotõie
In satisfactio	Uera humiliatio/loco medicine.
ne debet esse	Cilicium loco emplastri
	Jeiunium/loco cibi.
	Oratio deuota/ loco candele vel voti

Diuisiões quarti decimi capi.

	Incensum diuine miseratiõi offerẽdũ
Oratio est	Scutũ diuine ĩdignatiõi opponendũ
	Tributũ diuine dñationi p̄soluendũ.
	sicut homo rege presentans encenium
Uir orãs est	Sicut homo a rege postulans iudiciũ
	sicut homo a rege petens subsidium
Clamandũ est	Sicut clamat paruulus q̃n vult vbera
in oratione	sicut clamat catul⁹ q̃n sentit verbera.
	sicut clamat populus q̃n videt p̄icula
Aperiendũ est	Sicut reumaticus aeri.
os in oratione	sicut infantulus nutrici
	sicut pulliculus matri.
	Armatura militem ornans
Oratio est	Lucerna viam demonstrans
	Columba oliuam portans

Diuisiones quĩti decimi capi.

	Sicut parcitas lignorum sub olla
Jeiunium est	Sicut agilitas in auicula
	sicut concauitas in viella
	summũ remediũ ad expiandũ morbũ
Jeiunium est	Bonum consiliũ ad fugandum lupũ.
	Certum ingenium ad capiẽdũ castrũ.

	Cum ieiunans vacat culpe.
Jeiunium reprobatur	Cum ieiunans inhiat gule.
	Cum ieiunans parcit burse
	Cum ieiunans seruit gule
	Bonū qn̄ q̄s ieiunat ī satisfactiōe pctī
Jeiunium est	Meli⁹ qn̄ quis ieiunat ad honorē dei
	Optimū qn̄ q̄s ieiunat cū excercitatione boni operis

Diuisiones sextidecimi capi.

	Sicut lumen radiosum
Elemosina est	sicut flumen copiosum
	sicut semen fructuosum
	sicut arbor que fructum facit
Eleōsinari⁹ est	sicut nutrix que puerum nutrit
	Sicut mercator qui merces vendit
Eleōsinari⁹ dʒ considerare	Quis petit/ qr mendicus ꝓpter deū.
	Quid petit de⁹. qr nō nostrū sʒ suum.
	Ad q̄d petit. qr ad fenus centuplum.
Jn donatione eleōsine dʒ eē	Modus iustus sine iniuria
	Modus gratus sine tristicia
	Modus pius sine superbia

Diuisiones septidecimi capi.

	Descripta indebiliter.
precepta fuer̄t	Distincta rationabiliter
	Edicta regulariter
scriptura p̄ceptorum est obseruanda	Si attēdas q̄s scripsit. qr digit⁹ creatoris. Si attēdas vbi scripsit. qr in lapide marmoreo. Jn ꝓfūdo pectoris Jn pergameno cordis.
	Si attēdas quō scripsit. qr īdelebiliter sicut lex imperatoris

Diuisiones octauidecimi ca.

Precepta	Prime tabule ordināt hoiez ad deū. Secunde tabule ordinant hominem ad proximum.
Precepta pri me tabule.	Non habebis deos alienos Non assumes nomen dei tui in vanū. Memento vt diem sabbati sctīfices
ydolatria	Mala paganorum Peior auarorum Pessima voluptuosorum
Periurus	ꝓuocat iudicem quē deberet placare Prouocat aduocatos quos deberet remunerare. ꝓuocat testes quos nō dēret offēdere
Qui nō ser uant festa.	Sunt dissimiles nature Sunt rebelles scripture Sunt oppositi gratie.

Diuisiones deciminoni capi.

Precepta se cunde tabule	Honora patrem ⁊ matrem Non occides. Non mechaberis Non furtum facies Non falsum testimonium dices Non cōcupisces rem proximi tui Non desiderabis vxorem eius.
Triplex rō ho norādi parētes	Quia per ipsos sumus geniti Quia per ipsos sumus nutriti Quia per ipsos instructi.
Triplex ē pena nō hon orātū parētes	Filiorum inobedientia Temporalis infamia Breuis temporalis vita

Quidam spualiter seipsos interficiūt
vt qui peccato consentiunt.
Homicidarū Quidam proximos spūaliter occidūt
tria sunt gña vt qui malum exemplum tribuunt
Quidam qui spūalem oborsum faciūt
vt qui bonum propositum extingunt
Triplex pena Exilium scz a gr̄a dei et patria celesti.
spiritualium Suspendiū scz gehennalis supplicii.
homicidarū Irregularitas quó ad ordinē clericoꝝ
ad quem non possunt promoueri.
Rō quare me Quia est vilis epidimia hui⁹ mundi.
chia ꝓhibet Quia est maior mercatura dyaboli
Quia est cōmunior via inferni
Contra legem nature.
Fur peccat Contra legem scripture.
Contra legem gratie
¶ Nota hic viginti duo peccata vel deordinationes
lingue/que omnes hic prohibentur.
Labes q̄ cito maculat ⁊ vix pōt extīgi
Cōcupia est ignis q̄ subito iflāmat ⁊ vix pt extigui
Sitis q̄ semp cruciat ⁊ vix pōt satiari
Mādatū pci- Sub pena corporis ⁊ anime
pitur sub tri Sub pena bonorum mobiliū ⁊ immo
plici pena bilium. scz gratie et glorie.
Sub pena patibuli .s. gehēne ppetue.
¶ Nota hic decem applicationes plagarum egypti
ad decem precepta decalogi.

Diuisiones vicesimi capituli

Tria sunt laudabilia Pondus maturitatis
in religioso. Amor cōmunitatis
Fuga proprietatis.

Tria sūt repro bāda religioso	Indeuotio
	Dissolutio.
	Euagatio
Religiosus dʒ	Seipm castigare. non interficere.
	Prelato obedire: non ↄtradicere.
	In bono ꝓficere: nō retrocedere
Religiosus dʒ nutriri.	Sicut paruulus in domo.
	Sicut plantula in orto.
	Sicut virgula in virgulto.
Triplex ē modus religionis	Obedientie subiugantis.
	Paupertatis alleuiantis.
	Castitatis decorantis.

Diuisiones vicesimiprimi ca.

Obediētia est	Saluatoris schola
	Mrtyrii palma.
	Paradysi scala
Septē gradus obedientie	Obedire libēter sine recalcitratione.
	Obedire hilariter sine murmuratōe
	Obedire velociter sin e ꝓtractione
	Obedire viriliter sine estimatione
	Obedire humiliter sine elatione
	obedire pseuerant̄ sine discōtinuatōe
	Obedire simpliciter sine simulatione
Obediētia est	Nauis ad celum transiens.
	Clauis celum aperiens.
	Auis ad celum ascendens
Obediētia est	Summa in merito
	Vicina deo
	Proxima celo
Obediētiam iuuant	Humilitas flectens
	Cōsuetudo frequēs. Dilectio feruēs.

Obedientiã	Affectus terrena contẽnens
iuuant	Gratia interius vngens
	Modestia precipiens
	Contemptus mundi
Obedientiã	Unctio gratie spũs sancti
iuuant	Modestia prelati
	Preceptis nature
Obedire dẽm⁹	Preceptis scripture
	Preceptis gratie

Diuisiões vicesimisecũdi ca.

	Celeste precium quo pauperes celum mercantur.
Pauptas est	Celeste prandium ad quod pauperes vocantur.
	Celeste soliũ in quo pauperes locant.
	Uiam securissimam
Paupes hñt	Uiam quietissimam
	Uestem nobilissimam
	Summe copulata deo.
Pauptas est	Summe coequata celo
	Summe cumulata bono

Diuisiones vice simitertii ca.

	Floret sicut lilium inter spinas
Castitas	Habet precium inter gẽmas
	Tenet solium supra stellas
	Cibi potusq; sobrietas
	Uestimentorum asperitas
Sex sunt folia	Laborum strenuitas
lilii q̃ castitatẽ	Custodia sensuum
seruant.	Modestia verborum
	Fuga occasionum

Sex grana lilii quibus diligēd⁹ est deus.	Prudenter contra deceptionem Dulciter contra dilectionem Fortiter contra oppressionem Toto corde. quia creator Tota anima. quia redemptor Tota mente. quia remunerator
Castitas est thesaurus	Cum valore carissimo. et ideo summe amandus. In vase fragilissimo. et ideo summe claudendus Cum hoste malignissimo. ꝛ iō summe timendus.
Castitas habet	Fructum vberrimum Motum celerrimum Sertum pulcherrimum
Triplex aureola	Florea virginum Gemma martyrum Aurea vel stellea doctorum
Castitas	Castitas indiget studiosa clausura. Castitas decet ꝑciosa cinctura In castitate lucet speciosa pictura



Diuisiões vicesimiquarti ca.

Virtus ꝯpaꝛ	Ligno fructuoso Lapidi precioso Terrestri ꝛ celesti paradyso
Virtus cōpatur	Signo vel caracteri Precio vel pignori Oleo vel vnctioni
Virtus cōpatur	Armature forti Prebende nobili. Optime possessioni

Diuisiones vicesimiquinti ca.

	Aureo probato
Caritas compatur	Ferro ignito
	Uino condito
	Aui predam rapienti
Caritas compatur	Naui mare nauiganti
	Morti carnem perimenti
	Sicut funis bene tortus.
Caritas est	Sicut canis bene doctus
	Sicut later bene coctus
	Arbori vel ligno
Caritas compatur	Oneri et iugo
	Glutino et cemento
	Fonti naturali
Caritas compatur	Uesti nuptiali
	Igni virtuali

Diuisiones vicesimisexti ca.

	Arche testamenti
Fides compatur	Stelle firmamenti
	Petre fundamenti
	Per mundum speculum
Fides figuratur	Per dextrum oculum
	Per sponse anulum
	signo vexillari
Fides compatur	scuto militari
	Radio solari
	Colomne sacramentali
Fides compatur	Aureole spirituali
	Luci primordiali

Veridicam confessionem.
Fides debet hre Magnificam deuotionem
Catholicam professionem.

Diuisiões vicesimiseptimi ca.

Sicut columna domum' portās.
Fides est Sicut galea caput armans.
Sicut anchora nauem seruans.
Sicut arbor fructuosa.
Spes est Sicut gemma preciosa.
Sicut mola virtuosa.

Diuisiões vicesimioctaui ca.

Assessori iudicis.
Prudentia ꝯpat Quatuor terre minimis.
Astutie serpentis.

Diuisiones vicesiminoni ca.

Freno quo equus regitur.
Tēperantia ꝯpat Bisso quo corpus tegitur.
Muro quo castrum cingitur.
Quidam honor deo assimilans.
Temperantia est Quidam valor mentem sanctificans.
Quidam dolor hostem mortificās

Diuisiones tricesimi capituli

Fornaci que probat aurum.
Fortitudo cōpat Radici que portat lignum.
Lorice que vetat ictum.
Virge que non inclinatur.
Fortitudo cōpat Ferro quod non superatur.
Petre que non perforatur.

Diuisiões tricesimiprimi ca.

	Sicut recta semita.
Justicia est	Sicut recta regula.
	sicut recta linea.
	Sicut gemma in serto aureo.
Justicia est	sicut dea in nostro microcosmo.
	sicut stella in polo artico.

Diuisiones.xxxii.capituli.

	Sicut ostiarius custodiēs ingressum.
Timor dei est	sicut iustificarius puniens maleficium.
	sicut terrarius vel speculator euigilās exercitum.
	Sicut medicina infirmorum.
Timor dei est	sicut disciplina puerorum.
	sicut officina religiosorum.
	Speciosus sicut ortus.
Timor dei est	Uirtuosus sicut ventus.
	Preciosus sicut thesaurus.
	Curat hominē a culpa perpetrata.
	Custodit a culpa futura.
	Contemnit temporalia bona.
Timor dei	sustinet temporalia mala.
	Introducit bona opera.
	Fugit eterna supplicia.
	Acquirit eterna stipendia.
	Naturalis quo timet oīs homo mori.
Spēs timoris	Mundanus: quo timetur temporalia perdi.
	Humanus: quo timetur corpus proprium ledi.

Spēs timoris
Seruilis: quo timet homo solum puniri vel damnari.
Initialis: quo non timet homo solū puniri sed a deo separari.
Filialis: quo solum timet homo offensam dei.

Diuisiones tricesimitercii ca.

De ꝯsilio nota
Que sunt ad consilium necessaria.
Que sunt in consilio laudanda.
Que sit consilioꝝ differentia.

Ad ꝯsiliū neccia
Expediens.
Facile.
Certum.
Securum.

Consiliarius est eligendus
Deus: non dyabolus.
Uir iustus: non impius.
Sapiens: non insensatus.
Senex: non lasciuus.

Consilium euangelicū
Castus contra cōcupiscentiā carnis.
Paupertas ꝯ cōcupiscentiā oculoꝝ
Obedientia contra superbiam vite.

Diuisiōes tricesimiquarti ca.

Debemus intelligere
Supra nos deum.
Iuxta nos proximum.
Intra nos cor propium.

Diuisiōes tricesimiquinti ca.

Sapia ē donū
Splendidissimum instar lucis.
Sapidissimum instar mellis.
Profundissimum instar maris.

Diuisiones tricesimisexti ca.

	Breuis scala deuotionis.
Hūilitas est	Breuis scola perfectionis.
	Breuis via saluationis.
	Se attenuat vt ametur a sponso.
Uir humilis	Se adnichilat vt creetur de nouo.
	Se euacuat vt impleatur a deo.
	Quicquid in valore est preciosius.
Hūilitas est	Quicquid in odore est graciosius.
	Quicquid in decore est speciosius;
	Se humiliat vt ascendat.
Uir humilis	se incinerat vt redoleat.
	Se mortificat vt resurgat.
	Propter existendi vilitatem.
Homo cōpa	Propter resistendi diffcultatem.
ratur cineri	Propter resurgendi impossibilitatem.
	Facit peccatum fugere.
	Facit mundum contēnere.
Memoria	Facit seipsum despicere.
mortis	Facit presentem viam regere.
	Facit presentem leticiam temperare.
	Facit presentem ꝛ futurā vitā diuidere.
	Gratiosa instar floris speciosi.
Hūilitas est	Luminosa instar sideris radiosi.
	Uirtuosa instar lapidis preciosi.
	De pari cum deo contendit.
Humilitas	Superbiam circumuenit.
	Dyabolum paruipendit.
	Per gratiarum actionem se dilatat.
Humilis	Per deuotam orationem se incurtiat.
	Per sui modicā reputationē se euacuat

Si consideremus que sunt infra nos. vt mundus et infernus.
Si consideremus que sunt iuxta nos vt animus proprius.
Cause hũilitat; Si consideremus que sunt iuxta nos vt proximus et amicus.
Si consideremus que sunt contra nos vt dyabolus.
Si ɔsiderem⁹ q̃ sunt supra nos vt de⁹

Homo se humiliat
Quando videt sibi gladiũ iminere.
Quãdo habet bassium ostiũ transire.
Quando videt maiorem se in loco inferiori sedere.

signũ humilitatis est
Humiles amare.
Honores et laudes fugere.
Opprobria ꝛ contumelias sustinere.
Humilia officia non recusare.
Libenter obedire.

Gradus humilitatis
Subdere nec preferre se equali.
subdere se nec preferre minori.
subdere se minori ꝛ nulli velle p̃ferri

Gradus hu militatis.
Spernere mundum.
spernere nullum.
spernere seipsum.
spernere sui contemptum.

Diuisiões tricesimiseptimi.c.

Homo mitis/ vel mãsuetus
Habet pacem et societatem cum proximo.
Habet gratiam et familiaritatem cum deo.
Habet regnum ꝛ hereditatem in celo

	Natura ministrat.
Dititatem	Corporis figura demonstrat.
	Canonis scriptura commendat.

Diuisiões tricesimioctaui ca.

	Cōpūctionis sicut collirīū medicatiuū
Fletus	Cōpassiōis sicut vnguētū lenificatiuū
	Deuotionis sicut balneū delectatiuū.
	Sex sunt fletus incitamenta.
De fletu nota	Sex sunt fletus impedimenta.
	Sex sunt fletus emolumenta.

Diuisiones tricesiminoni ca.

	Intima christi passio.
Mia est	Suprema christi lectio.
	Optima christi vnctio.
	Decenter conuersatur.
Misericordia	Prudenter negociatur.
	Abundanter remuneratur.
	Uirtus que cunctas superat.
Mia est	Modus qui reum liberat.
	Clauis que celum reserat.
Ad miam	Nature conformitas.
dz mouere	Propria indigentia vel necessitas.
	Christi ꝛ pauperum amor et veritas.
	Esurientem pascere.
	Sitientem potare.
Opera mie	Nudum vestire.
corporalia	Hospitem colligere.
	Infirmum visitare.
	Uinctum liberare.
	Mortuum sepelire.

	Peccata dimittere.
	Peccata corrigere.
Opera mſe	Pro peccatore orare.
ſpiritualia	Ignorantem inſtruere.
	Heſitantem conſulere.
	Lugentibus cõſolationem prebere.
	ad oẽs afflictos cordis ꝯpaſſionẽ hr̃e

Diuiſiones.xl.capituli.

Mundiciam	Lectio ſcripturarum.
cordis facit	Effuſio lachrymarum.
	Largitio elemoſinarum.
Mundiciam	ſcopa confeſſionis.
cordis facit	Lima correctionis.
	Fornax tribulationis.
	Baptiſmus fluminis
Hominem	Baptiſmus flaminis.
mundant	Baptiſmus ſanguinis.

Diuiſiones.xli.capituli.

	Celi linguagium.
Pax eſt	chriſti encenium.
	Dei veſtigium.
	Pax interna.
Triplex eſt pax	Pax fraterna.
	Pax ſupna q̃ dicit̃ pax eternitatis.
	Conformitas cum deo.
Pacem facit	Humilitas cum proximo.
	Tranquillitas in ſeipſo.
	Pax inquinata.
Pax mala	Pax ſimulata.
	Pax inordinata.

Diuisiones.xlii.capituli.

	Prudentissima ad regendum.
Patientia est	Strenuissima ad bellandum:
	Nobilissima ad regendum.
	In acquirando.
Patiētia ē prudēs	In conuersando.
	In multiplicando.
	Si attendas pugnantis animum
Patiā strenuissīa	Si attendas pugnantis modum:
	Si attendas pugne scutum.
	Regali dominio principatur.
Patiā ē nobilissīa	Ad regale prandium inuitatur.
	Sibi regale ferculum presentatur

Diuisiones.xliii.capituli.

	A mundi gaudium separatum.
Gaudiū spūale est	A celi gaudio deriuatum.
	A celi gaudio pigmentatum.
	Puritas et impuritas.
Dīa inter gaudiū spūale et humanū	Continuitas ꝛ discontinuitas.
	Dignitas et indignitas.
	Salubritas et noxietas.
	Spiritualis puritas.
Gaudium spiritiale faciunt.	Spiritualis sanitas.
	Spiritualis tranquillitas
	Spiritualis libertas.
	Spiritualis conformitas.
	Dominice passionis.
Nectar	Uirtuose operationis.
	Eterne fruitionis vel felicitatis

Diuisiones.xliiii.capituli.

De perseuerãtia nota	Quam nobiliter commendatur Quam efficaciter operatur Quam excellenter coronatur
Perseuerauit	Deus in opere sue creationis. Christus in opere sue redemptionis sancti in opere sue perfectionis
Perseuerantia	Perficit inchoata Impetrat postulata stabit acquisita
Corona	Pudicicie v̾ginalis ꝛ hec florea sapiẽtie magistralis/ꝛ hec est aurea Perseuerãtie triũphalis / et hec est gemmea. Gloriose eternalis/et hec est stellea

Diuisiones.xlv.capituli

Ad benignitatẽ nos inducunt	Preceptum quod inducitur Exemplum quod proponitur supplicium quod euaditur Premium quod in celo acquiritur

Diuisiones.xlvi.capituli

Mansueti	Clarius informantur Rarius impugnantur Amplius venerantur

Diuisiones.xlvii.capituli

sicut fundamentum ad sustinendũ
sicut armamentũ ad deffendendũ
sicut argumentũ ad concludendũ.
sicut instrumentũ ad ascendendum

Diuisiones.xlviii.capituli.

In iudicio finali erunt
- Signa que pmittẽtur. sicut peremptoria citatio
- Scripta que aperient. sicut quedã processus recitatio.
- Uerba que dicentur. sicut quedam sententie promulgatio.
- Facta que sequent. sicut quedã sententie executio.

¶ Nota signa que apparebũt in iudicio erunt quindecim vt ait hieronymus. et nota diligenter.

Scriptura iudicii
- Liber passionis dominice
- Liber conscientie
- Liber vite

Sententia iudicis habebit
- Cause immensitatem
- Curie solemnitatem
- Judicis seueritatem

In executione illiꝰ sñie erunt
- Multitudo ministrorum
- Angustia damnatorum
- Defectus ⁊ inopia adiutorum

Diuisiones.xlix.capituli

Supplicia reproborum
- Penarum acerbitas
- Penarum aduersitas
- Penarum diuturnitas
- Penarum vniuersitas
- Penarum inutilitas

Quibus causis dolor inest reprobis
- Qr amisert bona tp̃alia huiꝰ mũdi
- Qr perdiderunt tempus merendi.
- Quia carebunt visione dei
- Quia incurrerunt vilitatem inferni

Diuisiones quinquagesimi ca.

In gloria celesti est	Ualor impreciabilis Decor iestimabilis. Honor isupabilis.
In gloria cõsidero tria	Locum summe gloriosum Sertum summe preciosum Fructum summe copiosum.
Fructus est triplex	Crucis triumphalis Gratie spiritualis Glorie immortalis
Fruct⁹ crucis sũt duodecim	Demonum expugnatio Carceris confractio Mortuorum.i.peccatorum suscitatio Captiuorum redemptio Inquinatorum mundatio Cecorum illuminatio Frigidorum et tepidorum calefactio Deformium et turpium decoratio Sitibundorum potatio vel recreatio Patris placatio. Janue apertio. Hereditatis acq̃sito vel confirmatio
Fructus glĩe sũt duodecim	Sanitas absq; infirmitate Iuuentus sine senectute Satietas sine fastidio Libertas sine seruitute Pulchritudo absq; deformitate Immortalitas vel impassibilitas Abundantia sine indigentia Pax absq; perturbatione Securitas absq; timore Cognitio absq; ignorantia Gloria absq; ignominia Gaudium sine tristicia

In gloria est
- Amenissima ciuitas
- Amantissima societas.
- Amplissima felicitas

Ciuitas cele-stis habet
- Figuram speciosam.
- Mensuram spaciosam
- Structuram preciosam

Fides dz esse
- Viuens non mortua.
- Celestis non terrena.
- Fortis non infirma.

Spes triplex
- Venie, Gratie, Glorie.

Caritas dz hre
- Speciosam puritatem
- Fructuosam bonitatem
- Radiosam veritatem

Justicia reddit
- Sibi continentiam
- Proximo amicitiam
- Deo honorificentiam

In chorea cele-sti sunt tria
- Innumerabilis cetus
- Interminabilis circuitus
- Inestimabilis cantus

Peccatum
- Remittitur q̄tum ad culpam.
- Lauatur q̄tum ad offensam
- Tollitur q̄tum ad penam

Via est
- Cecos ad domum dirigere.
- Deuios ad viam reducere.
- Peregrinos ad patriā conducere

Errare cōuenit tribus modis.
- Malam viam eligendo.
- In via errando.
- A via diuertendo

Viā salutis debemus
- Libenter eligere
- Viriliter incedere
- Viriliter insistere

Via salutis .ix. habet dietas

- Prima est de pctō ad penitentiam tanq̄ ad salubria medicamenta.
- Scd̄a est a penitentia ad precepta tanq̄ ad facilia documenta
- Tercia est a preceptis ad consilia tanq̄ ad vtilia instrumenta.
- Quarta est a consiliis ad virtutem tanq̄ ad operaria instrumenta.
- Quinta est a virtutibus ad dona tanq̄ ad desideratiua oblectamēta
- Sexta a donis ad beatitudines. que docent operari faciliter.
- Septima a beatitudinibus ad fructus .scilicet qui docent operari delectabiliter.
- Octaua est a fructibus . scȝ ad fructus vite eterne/qui nos faciūt gaudere perenniter.
- Nona est a iudicio ad infernum vel ad celum.

Triplex signū q̄ pctm̄ placet dyabolo.

- Primū est. q̄ i nullo alio delectat.
- Secundum est q̄ in procurando peccatum nunq̄ fatigatur
- Tercium signū est q̄ peccato nūq̄ satiatur.

Paradysus est

- Locus altissimus.
- Fructus opulentus
- Aquis irriguus

Paradysus est

- Habitatio dei
- Locus lucis
- Locus ordinati amoris

	Cetera elementa virtute excellit
	Ferrum frigidum accendit
	Omne terrestre in cinerem ꝛ in chilum redigit.
Ignis	Supersursum tendit
	Nunꝙ quiescit
	Rubiginem tergit
	Scintillas emittit
	Ollam feruere facit
	Lapidem a mure custodit
	Custodia capitis
Astutia serpētis	Depositio pellis
	Insidiatio pedis
	Ambulantibus ad defendend
Baculus necessa rius est	Laborantibus ad fulcimentum
	Certantibus ad repellendum
	In posteriori parte. sicut episco in fine processionis
Justicia locat	Sicut rex in fine aciei
	Sicut nauta in cauda nauis
	Sicut animal paruum/in quo datur humilitas.
Formica	Grano pascitur/in quo docetur nestas.
	Socios adiuuat / in quo laud charitas.
Viola cōparat auicule	Hꝫ enim alulas ad ꝯtēplandū
	Caudulā ad cogitandū finē ꝑ
	Rostulum ad laudandum dei

	Quia sunt irrigue per deuotionem
Humiles vallib⁹ comparantur	Quia sunt molles per cōpassionē
	Quia sunt fructifere per bonā operationem.

	Recognitio proprie culpe
	Incolatus presentis vite
Fletus incitamenta	Timor gehenne
	Recordatio passionis dñice
	Recordatio humane miserie
	Desiderium celestis patrie

	Superbie elatio
	Terrenorum affectio
Fletus impedimenta.	Cordis compressio
	Nimia occupatio
	Ignorantie execatio
	Peccati magnitudo

	Spiritum deuotum lauat
	Spiritum malignum necat
Flet⁹ vtilitates	Terram cordis irrigat
	Sitim sedat
	Orando efficaciter impetrat

Et de isto vltimo habem⁹ .ix. exēpla i sacra scriptura.

Scutū patiētie dꝫ hr̃e tres angulos	Timorem supplicii
	Amorem premii
	Passionem christi

	Bonitas nature congregantis
q̃ttuor sūt de q̃b⁹ bonitas p̄dicat̃	Bonitas fortune adorantis
	Bonitas gratie reformantis
	Bonitas glorie quietantis.

¶ Deuota contemplatio seu meditatio edita a beato Bonauentura: de natiuitate dñi nostri iesu christi

Aduenīēte nouē mēsiū termi-no exiit edictū ab īperatore augusto vt describeret vniuersus orbis: scꝫ quilibet in ciuitate sua. Cunqꝫ ioseph ire vellet ad ciuitatē suā bethleem: ⁊ sciret partus sue venerabilis coniugis tempus: duxit eam secū. Uadit ergo dña hoc longo itinere. Nā bethleem est ꝓpe hierusalē p quinqꝫ miliaria. Ducūtqꝫ secū bouē ⁊ asinum ⁊ vadunt sicut pauperes mercatores bestiarū. Cū aūt eēnt bethleē q: paupes erāt ⁊ multi ꝯcurrebāt ex eadē cā hospicium habere nō potuerūt. Cōpatere igit dñe et conspice eā delicatā dñam iuuenē (quindecim enim annoꝝ erat) ex longo itinere fatigatā ⁊ cū verecundia inter gētes incognitas q̄rentē vbi quiescat ⁊ nō inuenientē. Oēs licentiāt eam ⁊ socium. Et sic cogūtur diuertere ad quādā viā coopertā / vbi hoīes tpe pluuie diuertebāt / ⁊ ibidē ioseph q̄ erat cū cōiuge ligaminib⁹ forte aliqualiter se clausit. Nunc diligēter cōspice oīa maxime q: referā ea q̄ ab ipa reuelata ⁊ ostēsa fuerūt ꝓut a quodā sctō patre nrī ordinis fide digno habui cui puto reuelata fuisse. ¶ Cū ergo venisset hora: scꝫ in media nocte dñice diei: surgens ꝟgo appodiauit se ad quādā colūnā q̄ ibi erat. Joseph autē sedebat mestus eo forte ꝙ nō poterat q̄ decebāt parare. Surgēs igit ioseph ⁊ accipiens de feno p̄sepii ꝓiecit ad pedes dñe ⁊ ꝟtit se ad aliā ptē. Tūc fili⁹ dei eťni sine aliqua mora sine aliqua lesione sine aliqua molestia ī momēto sicut erat in vtero sic fuit extra vterum super fenum ad pedes matris sue. Que incōtinenti se reclinās recolligēs eum ⁊ dulciter amplexās posuit in gremio et

vbere de celo pleno a spū sancto edocta: cepit lauare ipm seu linire p totum corpus cū lacte suo. Quo facto inuoluit eū in velo capitis sui et posuit eū in presepio.
¶ Tunc bos et asinus posuerūt ora in pŝepio flātes p nares ac si rōne vtētes cognoscerēt ꝙ puer sic pauperrime ɔtect⁹ calefactōe tāti frigoris indigebat. Mater vero flexis genib⁹ adorauit eūdē: et grās agens dixit deo. Grās ago tibi dñe sancte pater: qr filiū tuū michi dedisti. et adoro te deus eterne et te filiū dei viui et meū.
¶ Silr aūt ioseph adorauit eū et accipiēs sellā asini et extrahens de ea cussinellum de lana seu de borra posuit iuxta presepe vt ibi dña sederet sup eo. Ipsa ergo se posuit ad sedendū/et sellam posuit subtus cubitū. et sic stabat dña mundi tenens vultū supra presepe inixa oculis et toto affectu sup dulcissimū filiū suū. Hucusqz de reuelationibus. His igit̃ sic ostensis disparuit dña et remāsit angelus et dixit ibi laudes magnas et longas quas etiā ille michi dixit: nec dicendi vel scribēdi aptitudinē habui. ¶ Uidisti ortū dñi sanctissimi principis et partū silr regine celestis/etiā in vtroqz artissimam pauptatē attēdere potuisti. Multis eni indiguerunt et ipsam certissime obseruauerunt. In his pānis ɔplacet sibi. in his sericis delectat̃ inuolui. Non cōsolatur xpi infantia et lachrime eius et presepe et stabulū garrulos et cachinātes et in stollis ambulātes et amātes ꝓprias cathedras: sz pauperes tribulatos et laborātes. Scd̄m ꝙ ait beatus Ber. Hanc pauptatē seruauit beata ⱱgo mater et filius dei. Non sunt stabulū dedignati/nō bestias/non fenū/nō cetera vilia. Idē. O paup. o inops. o primus et nouissimus. Hospes in diuersorio. pauper in pŝepio. fugit in egypto. sedet in asino. cū pauperib⁹ offertur in templo. et nudus suspenditur in patibulo.

¶ Tractatus de resurrectione a peccato ad gratiam admodū vtilis ex dictis sancti bonauenture exceptus

Paulus apostolus videtur fir

miter asserere hoīem ī hoc seculo non ꝓprie esse absq3 grā cū īquit. gratia dei id sum quod sum. Ideo merito de necessitate gratie q̄ntum nobis ꝓdest dicendū est. ⁊ pmo de diuisione gratie. scd̄o de resurrectione a pctō ⁊ tercio de resurrectione hoīs ad gratiā. ¶ Pro diui sione gratie est notandū q̄ grā ipsa est vna et eadem tn̄ ƀm diuersas cōsiderationes ipsa multas sortit̄ deno minatiōes. primo ƀm ꝯsideratione ̄ ad pricipiū a quo. secundo ƀm ꝯsideratione ̄ ad subiectū in quo. tercio ƀm cōsideratione ̄ ad oppositū suū. quarto ƀm cōsideratio= nem ad effectus ad quos ordinat̄. ¶ Vn̄ ƀm cōsidera tionem ad principiū a quo ꝓcedit grā ipsa: diuiditur
In gratiam predestinationis seu preparationis qua deus homines predestinauit.
In gratiam vocationis quam deus offert vocando.
In gratiam iustificationis quam deus confert.
In gratiam magnificationis quam deus complet.
Et hec diuisio ponitur ad Ro. viii. vbi dr̄/scimus qm̄ diligētibus deū: oīa cooperant̄ in bonū. ⁊ sequit̄ quos aūt p̄destinauit: hos ⁊ vocauit. et quos vocauit: hos et iustificauit. quos autē iustificauit: hos ⁊ magnificauit.
¶ Sed ƀm considerationem vel respectum ad subie= ctum in quo est: diuiditur.
In gratiam cogitationis: sc3 bonum cogitando.
In gratiam voluntatis in bono volendo.
In gratiam perfectionis in completione operis.
Vn̄ hec diuisio fit ƀm triplicem potentiam aīe in qua

est gratia. scz secundum intellectiuã/affectiuã/et operatiuam. Secundum vero respectum ad suum oppositum diuiditur.
In gratiam protectionis.
In gratiam liberationis.
In gratiam saluationis.
Et hec diuisio sumitur secundum quod gratia adiuuat contra triplex malũ. scz contra malũ tẽptationis siue pugne. contra malũ persecutionis seu miserie: et contra malũ culpe et malũ sequele vel pene. Nam a primo protegit. a secundo liberat: et a tercio extrahit et saluat. Et hec diuisio sumitur ab illo dicto Esaye. xxxi. Protegat dñs exercituum iudeam et hierusalem. et protegens et liberans/transiens et saluans Sed secundum comparationẽ ad effectũ ad quẽ ordinatur: diuiditur
In gratiam preuenientem siue operantem.
In gratiam subsequentem seu cooperantem.
¶ Unde gratia preueniens siue operans dicitur inquantum ipsam voluntatẽ facit bonã. et ideo preuenit. quia non est a libero arbitrio: sed infunditur ab ipso deo. Sed gratia cooperans dicitur inquantũ adiuuat ipsam voluntatẽ et liberũ arbitriũ respectu boni operis eliciẽdi et prosequendi. Sed notandũ est quod secundum multiplicitatẽ huius nominis gratia põt dari alia diuisio. Nã gratia põt capi vno modo largissime et sic comprehendit et dona naturalia. et gratuita. et sic diuiditur in preuenientẽ gratiam et subsequentem. ita quod preueniens vocantur dona naturalia. et subsequens dona gratuita. Secundo modo accipitur gratia minus large. et sic diuiditur in gratiam gratis datam/et gratiam gratũ facientẽ et sic diuidẽdo est diuisio in gratiam preuenientẽ et subsequẽtem. Tercio modo capitur gratia stricte. et tunc sub se cõprehendit vel diuiditur in gratiã gratũ facientẽ. et gloriã et sic diuidẽdo. gratia preueniens dicitur gratia gratum faciens/et gratia subsequens dicitur gloria. quia post gratiã

in homine decedente in gratia/sequitur gloria eterna
¶ Secundo dicēdum est de resurrectione a culpa vel peccato. et de hoc tria sunt consideranda.
¶ Primo q̄ hō non pōt resurgere a culpa absq̄ grā Scđo q̄ non pōt aduersariū suū vincere absq̄ gratia. Tercio q̄ non pōt absq̄ gratia tētationibus resistere.
¶ Primo igitur dicēdū est q̄ hō absq̄ diuino dei adiutorio seu gratia non pōt resurgere a peccato vel culpa ⁊ hoc capiendo grām pro habitu ipsius anime: vt. s. est quedā qualitas spūalis in aīa existens. Nam grā illa que dr̄ gratuita dei voluntas qua nobis deus ꝯdonat offensam sufficit. Nec grā illa q̄ dicitur liberalis passio xp̄i qua mediante fit morbi curatio ⁊ ymaginis reformatio. sz reqritur gratia gratū faciens. Ex quo ptz per ap. ad Ro. iii. Iustificati gratis ꝑ grām ipsius. et ante ex opibꝰ legis nō iustificatur omis caro. Et ad titum. iii. Non ex operibus iusticie q̄ fecimꝰ nos. sz ſm suam misericordiā saluos nos fecit. ꝑ lauacrū regeneratōis spiritꝰ sancti. i. ꝑ grām ⁊c. Ideo illi pellagiani merito sūt cēscendi heretici q̄ dixerunt q̄ ad dilectionē culpe sufficit sola gratuita dei mīa cū libero arbitrio ⁊ q̄ ꝑ liberum arbitriū poterat hō se iustificare et velle bonum.
¶ Secundo dicendum est q̄ homo non potest vincere aduersarium absq̄ gratia. Pro cuius intellectu est notandū q̄ differt dicere aliquem resistere aduersario ⁊ aliquē vincere aduersariū. nā plus importat victoria q̄ resistentia. Resistētia enim cōsistit in hoc q̄ quis nō ꝯsentit suggestioni dyabolice. Sed victoria nō solum cōsistit nō ꝯsentiendo: sed etiam in assequēdo oppositū eius qđ dyabolus intendebat. Nā dyabolus intendit hoiem reddere inimicū deo ⁊ facere dignum supplitio eterno. Et tūc vincit hō dyabolū: qū sic resistit tentatio

ni vt efficiatur magis dei amicus q̃ ante/ ⁊ sic faciẽdo mereatur vitã eternã: sed hoc non põt facere absq; dei gr̃a gratũ faciẽte. igit̃ ↄcludi põt q̇ hõ nõ põt vincere aduersariũ faciendo se amicũ dei absq; tali gratia. Et hec ↄclusio ꝓbat̃ p illud ꝓ̃ꝛle ad coꝛ. xv. Deo gratias qui dedit nobis victoꝛiam per iesum xp̃m dominum nostrũ. Et ad Ro. vii. In felix ego hõ q̇s me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtis hui⁹? Et rñdet gr̃a dei p iesu; xp̃m dñm nr̃m. Itẽ sup illud ps. Infirmati sunt ⁊ ceciderũt dicit glo. nõ potẽtes viciis resistere per se. ¶ Sed q̇s posset obicere. nã dyabolus vincit hoĩem absq; gratia ergo simili t̃ hõ nõ põt vincere hoĩe; vl̃ dyabolũ absq; gr̃a. Ad hoc facile rñdetur q̇ hec siĩ̃itudo non valet q; victoꝛia dyaboli ↄsistit in subiugãdo hoĩem p pctm̃ q̃ nõ reqr̃it gr̃am. Sed victoꝛia hoĩs respectu peccati dyaboli ↄsistit in ꝓmerẽdo illud qd̓ dyabolus amisit Itẽ dyabolus nõ vincit hoĩem nisi volẽtem. s; dyabolus nunq̃ vincitur volens. Vñ notãdũ q̇ hereticus q̇ videtur seipm̃ vincere qñ se exponit moꝛti non vincit sed magis seip̃; deicit. ⁊ ideo nõ est ibi victoꝛia sed ma deiectio. ¶ Pꝛo tercio dicendum est q̇ absq; aliqua gratia non potest homo tentationibus resistere. qd̓ p; per illud Math. vi. Et ne nos inducas in tẽtationem. Unde homo ꝓpter suã infirmitatẽ nõ potest resistere Iuxta illud treno. iii. Pctm̃ peccauit hir̃m. ꝓpterea instabilis facta est. Itẽ glo. super illud treno. iii. Misericoꝛdie dñi ⁊c. Nõ põt homo diu stare contra insultus dyaboli: nisi mia dñi adiuuet̃. Non tñ q̇ per gratiam gratis datã potest homo resistere dyabolo et tẽtationi ergo potest ei nõ ↄ̃sentire: sed nõ põt per talem ↄsensum esse amicus dei absq; gratia gratũ faciẽte. Tercio dicendũ est de resurrectione ad gr̃am primo et multa

sunt terminanda.
Primo q homo non potest se disponere sufficienter absq3 gratia gratis data/ad gratiã gratum faciẽtem. Scdo quõ possit voluntas absq3 gratia in aliqd bonũ Tercio quõ hõ possit mãdata sine gratia adimplere.
¶ Primo ergo dicẽdum est de pparationis hois ad gratiã gratum facientẽ. an sc3 hoc possit facere absq3 gratia gratis data. Pro quo aduertendum est q per gratiã gratis datã non tm̃ intelligim9 illa q̃ a populo enumerant. Prĩe ad cor. xii. cũ dicit. aliqñ datur per spm̃ zc. Sed p grãm gratis datã intelligim9 omne il lud qd super additũ est naturalibus adiuuans aliquo modo z pparans voluntatẽ ad habitũ vel vsum gratie siue tale gratis datũ sit habitus vel timor seruilis/siue aliqua vocatio/siue locutio vel pdicatio mediante qua incitatur anima ad se preparandum. et ideo dicẽdum est q nũq̃ absq3 tali gratia gratis data potest se dispo nere homo ad grãm gratũ facientem: qr vix caret hõ aliquo tali dono. Vñ prima preparatio q̃ fit ad gratiã gratũ facientẽ est cogitatio vel apprehensio. z illa non potest fieri absq3 gratia gratis data. z ratio huius est nõ. qr gratia gratum faciens pexigat necessario dispo sitionẽ grẽ gratis date/sed qr ipsa est qd diuinũ / z res existẽs supra liberũ arbitriũ z etiã supra naturale iudi ciũ: ideo nunq̃ liberũ arbitriũ vel volũtas libera assur git ad ipam vel petẽdã vel cognoscẽdã: nisi aliquomõ adiuuet de sursum z excitetur: et ideo per additionem gratie gratis date/q̃ tenet mediũ inter gratiã gratum facientẽ z naturale iudiciũ disponit z excitat ad ipam grãm gratũ facientẽ. Vñ ordo liberi arbitrii et gratie diuine ponitur clare ab augustino in libro de ecclesia- sticis dogmatibus/ z ponit quatuor gradus cum dicit

Initiũ salutis nostre deo miserante habem⁹ vt acquiescemus salutari ĩspirationi nr̃e prestãtis est vt adipiscamur qḋ acq̃rendũ admonitione cognouim⁹ diuini est muneris: vt non priuemur iam adepte salutis munere: sollicitudinis nr̃e est ꝛ celestis pariter adiutores Ex quibus ṽbis põt clare cognosci q̃tum põt liberũ arbitriũ respectu gratie. nam cum sint in opere salutis ista quatuoꝛ. s. imitari/acquiescere/adiuuari/ꝑmanere Primũ est inspirationis dei. scḋm libertatis arbitrii terciũ muneris diuini. quartũ sollicitudinis nostre et pariter diuini adiutorii. Per hoc pꝫ satis clare solutio questionis. ¶ Sed oꝛitur dubitatio. vtrum quis possit detestari culpã ṽtute ꝓpꝛia nature. Respõdet ꝙ detestari culpã dupliciť põt intelligi. Uno mõ qꝛ talis detestať ĩq̃tũ est offensiua maiestatis ꝛ eq̃tatis diuine ꝛ isto mõ null⁹ põt absqꝫ gr̃a: qꝛ nõ põt absqꝫ gr̃a gratis data cognoscere ipam offensã. Aliomõ põt detestari. qꝛ ẽ lesiua ꝓpꝛie nature. ṽbi gr̃a. qꝛ quis ꝑ naturã suã cognoscit ꝙ ꝓpter foꝛnicationẽ perdidit oculũ vel aliud mẽbꝛũ vel incurrit aliquẽ aliũ moꝛbũ. et isto mõ põt quis ꝑ liberũ intellectũ cognoscere et detestari culpam ꝓpꝛiã. ¶ Scḋo aũt videndũ est qualiter potest volũtas in aliquod bonum. Pꝛo quo notãdum est ꝙ aliqḋ opus põt dici bonum tripliciter. Uno mõ aliqḋ opus diciť bonũ simpliciter. ꝛ illud dr̃ qḋ est oꝛdinatũ in finẽ optimũ. ꝛ tale est bonum meritoꝛiũ/et in istud nõ potest liberũ arbitriũ absqꝫ gratia gratum faciẽte. Scḋo modo aliqḋ opus diciť bonum qꝛ aliquomõ de congruo disponit ad bonũ. et tale est bonũ qḋ fit extra caritatẽ: nichilomin⁹ tñ fit cum recta intentione. et in tale non põt liberũ arbitriũ nisi cũ gratia gratis data ꝑ quã illuiať ꝛ dirigiť vt velit facere qḋ deo ẽ placitũ.

Et hoc pȝ per illud sapientie. viii. Sciui q̄m aliter nō possum esse sapiens nisi deus det. Tercio aliqđ opus đr bonū q2 in finē est ordinabile ꝛ hȝ aliquā ordinationem intra se: sicut pascere esurientem ꝛc. siue ex debita circūstantia/siue exigentia tp̄is loci ꝛc. et ad istud potest liberum arbitrium absqȝ gr̄a q̄uis ad hoc ꝙ fiat faciliter requiraƚ gratia aliqua diuina supaddita naturalibus. Et sic pȝ respōsio ꝙ liberū arbitrium absqȝ gratia aliqua supaddita per dona naturalia potest in aliqđ bonū morale: licet ꝑ illud ꝯñter non disponatur ad gr̄am nec ad gloriam. ꝛ hoc ꝑ se lȝ quodāmō dispo nat: q2 ē ordinabile in vltimū finē. Hoc aūt sic suadeƚ. Nā si liberꝝ arbitrium dimitteretƚ in puris naturalibꝰ adhuc sibi remaneret aliquod iudicium quo iudicaret parentes esse honorandos. et hoc patet ꝙ si haberet tale naturale iudiciū: scȝ naturaliter parentes esse honorandos. ꝛ talem naturā instinctum de parētibus venerandis potest illud velle. et sic cum habeat organa exteriora potest complere illud opus ſm ꝙ dictat iudicium rationis absqȝ munere gr̄e diuine supaddito. sed bene verum est ꝙ non potest illud facere nec velle absqȝ diuine gratie munere prout tale cogitatum aut velle est ordinatū ad ꝯsequendum beatitudinem. ꝛ sic sunt intelligende auctoritates sanctoꝝ q̄ cōcludunt ꝙ absqȝ munere diuine mīe ꝛ gratie non potest liberum arbitriū in aliqđ bonum. ¶ Sed oritur dubiū. Nam ſm dona naturalia natura ipsa appetit suā perfectionem: ergo signum est ꝙ tendit ad acquisitionē gratie Ad hoc đr ꝙ duplex est ꝑfectio. quedā est inter limites nature. ꝛ istā appetit natura. Alia est ꝑfectio que est supra naturā. et de ista non oportet ꝙ appetat. et si appetat: non tñ appetitu ꝑfecto qui requirit gratiam

ſed magis appetitu confuſio ⁊ imperfecto qui non eſt ordinatus debito modo. Pro tercio vtrum hō poſſit mandata dei implere. ¶ Notandum eſt ꝙ communiter diſtinguitur, quia contingit mandata impleri dupliciter. Uno modo q̄tum ad genus operis. vel ſecū-dum alios q̄tum ad ſubſtantiam mandatorum Alio modo q̄tum ad intentionem precipientis ⁊ mandantis. Si loquamur primo modo poteſt homo abſq3 gratia gratum faciente illa implere. vt patet de mandato adorationis et venerationis ſabbatorum. Sed ſecūdo modo non poteſt homo iplere mandata abſq3 gratia gratum faciente. Et hoc confirmatur per apoſtolum dicentem ad Ro. xiii. Qui diligit proximum legem impleuit. Et iterum plenitudo legis dilectio. Item prime ad thimo. i. Finis precepti eſt caritas de corde puro. ¶ Sed oritur queſtio: cum iſta ſit, ꝙ quis poteſt facere quod in ſe eſt ad impletionem mandatorum. quare ille nō abſoluatur q̄uis ſit in peccato. Ad hoc reſpondetur ꝙ facere quod in ſe eſt poteſt dupliciter intelligi. Uno modo poſitiue vel proprie: quia. ſ. talis facit aliquid ordinatum ad finem mandatorum ſecundum debitas circumſtantias ⁊ tantum facit q̄tū poteſt. Et iſto modo nullus poteſt facere quod i ſe eſt abſq3 gratia gratum faciente. Alio modo poteſt intelligi priuatiue vel īproprie facere quod in ſe eſt: hoc eſt facit quod poteſt/ſed non q̄tum poteſt nec aliquid ordinatum ad impletionem mandatorum. ⁊ iſto modo per liberum arbitrium quis poteſt facere quod in ſe eſt: ſed non abſoluitur ab obſeruatione mandatorū Et ſic patet reſponſio ad queſtionem.

Tabula

¶ Tractatus de resurrectione hois a peccato et preparatione ad grām. continens tres particulas.
Prima est de diuisione gratie.
Secunda de resistentia ad tentationem.
Tercia de preparatione et resurrectione ad gratiam.

¶ Prima diuisio.

¶ Prio diuidit gra scdm diuersas cōsiderationes. s.
Respectu principii a quo procedit
Respectu subiecti in quo est
Respectu oppositi contra quod fit
Respectu effectus ad quem ordinatur
¶ Nota q qlibet istoꝝ mēbroꝝ hꝫ diuidi. vt pꝫ i lra.

¶ Secunda diuisio.

¶ Gratia capitur vno modo largissime
Secundo minus large vel minus cōmuniter
Tercio capitur stricte

¶ Scda particula de resistentia ad tentationem continens tria.

¶ Primo quomodo potest homo a culpa resurgere.
Secundo quomodo potest aduersarium vincere.
Tercio qualiter tentationibus potest resistere.

¶ Tercia particula est de resurrectione ad gratiam continens tria

¶ Primo de preparatione hominis ad gratiam
Scdo qualiter pōt voluntas in aliquod bonum.
Tercio quomodo potest mandata dei adimplere



...mo correp... u et addita s:vt am...
¶ Quot ... ones p...

424

¶ Sancti Bonauenture doctoris eximii de dieta salutis vnacum tractatu de resurrectione hominis a peccato et preparatione ad gratiam tractatus emendatus nuper et recognitus . cũ tabula q̃ acuratissime confecta feliciter finit. Parisius impressus per magistrum Petrũ le Dru. Anno dñi Millesimo. CCCC. xcvii. Die vltima mensis Septembris.





